








VNVM

R. P. F. Gabrielis Bucelini
Historiæ Universalis
AVCTARIVM
Sive
NVCLEI HISTORICI
Pars Secunda.
AVGVSTAE.
Apud. Joannem Prætorium.
1.6.64.

Plus Vltra

Plus Vltra

OM NIA



NUCLEI HISTORIÆ UNIVERSALIS, CUM SACRÆ, TUM PROPHANÆ AD DIES, ANNOSQUE RELATÆ.

AUCTARIUM

Sive Pars ejusdem secunda Auctior & emendatior.

Insigni Invento, Varijs Vtriusque fructibus locuples

Plurimis, tam ad Historiam discentibus, quàm pertinentibus, Geographicis non minus, quàm Genealogicis tabellis instructum atque adornatum

Per R. P. F. Gabrielem Bucelinum, Ordinis S. P. Benedicti Ascetam Theologum Imperialis Monasterij Weingartensis, Priorem S. Ioannis Baptistæ in Veldtkirch Rhætorum,

Cum Facultate Superiorum.

AUGUSTÆ Vindelicorum, Typis Ioan. Prætorij, Sumptibus Viduæ Ioan. Görlini.
Anno Salutis M. DC. LXIV.

JLLUSTRISSIMO GENEROSISSIMO BARONI AC DOMINO DOMINO

IOANNI GEORGIO PUCHER

Libero Baroni in Kadau, Reichenburg Zvvelfaxin &c. Sacræ Cæs. Majest. Consiliario Aulaico Bellico Domino Domino meo Gratiosissimo.

IMmemorem sui, qui patriæ sit, Prisci graviter, nec immerito censuere, Baro Illustrissime, nec æquior censura illos perstrinxit, qui vel minus pij in parentes, vel ingrati in Beneficos notarentur. Hæc

à teneris edoctus unguiculis, magni ſemper feci, & ut patriam, parentes, Patronos ac Mecœnates, non ipſe tantummodo colere viderer, ſed alijs quoque colendi Author eſſem, multa excogitavi, multa contuli, utque exemplo omnibus eſſent; non pauca in lucem dedi, ſeris nepotibus parentes, avos, Majores omnes innumeris penè tabulis redhibens, nequa oblivio tam chara conſumeret nomina, & cordibus ſimul debiti memoriam expungeret Ita Patriæ, ita Mecœnatibus & Patronis conſului, quibus monimenta,

marmo-

marmore atque ære durabiliora condidi, & non paucis de me & patria magis meritis, integros libros inscripsi. Id ipsum, multo Tibi nomine, Baro Ill^me. cùm â patria, tum Majoribus, magnam partem utrique communibus, nisi peculiari quoque testarer monimento, religioni mihi duxi. Nec privatis id solum ex caussis, sed quod Publico, de patria, de Imperio toto & Ipsus, & parens, & avi atq; Majores omnes, semper optime meriti essetis, singularique Patriæ ornamento, â maximis Cæsarum in Consilium expetiti, magno in pre-

tio habiti, nec minore merito in ſago quam toga probati, tot egregiè geſtorum, ſpectatores non ſolum, ſed Encomiaſtes Auguſtos haberetis, è quibus Fridericus III. Imperator Glorioſiſſimus, inſigni Diplomate Genevæ dato anno Chriſti 1442. Pucherorum merita inſignia commendans & remunerans, Erardum & filios poſterosque Equeſtri Ordini accenſuit, & ſcutum aureum, binis trabibus, nigra ac purpurea, in crucis formam decuſſatim impoſitis, pro inſigni confirmans, quo in omnibus torneamentis ſive Ludis Equeſtribus

ſtribus deinceps uterentur. Nec minus Erhardus ipſe, ac poſteri ejusdem, quam Majores ab alijs quoque Imperatoribus probati & laudati, Nicolaus Erardi filius, & nepos ejusdem Iunior Nicolaus, nec non pronepos Georgius, ſtrenua navaſſe ſervitia & operum, Maximiliano I. Carolo V. Ferdinando I. Imperatoribus Cæſareo Diplomate celebrantur, Georgij autem filius, Ioannes Rudolphus parens Tuus religioſæ mem. Vir Illuſtriſſime, multo nomine toti Imperio notiſſimus unum & triginta annos Conſiliarius Aulaico Impe-

rialis, Cæsaribus & toti Germaniæ egregiè consuluit, magnum à morte sui desiderium relinquens. Tu vero Baro Ill^me. Ioan. Georgi annos jam quatuor supra viginti Consilio Aulaico Bellico Generosissimum Te probans, juxta & sapientissimum, vestigia Majorum omnium magnis impies Virtutibus, summis æque ac infimis charus, & pro eximijs meritis à Sanctissimæ recordationis Cæsare Ferdinando III. Liber Baro creatus, ac deinceps Inferioris Austriæ, mox & Vngariæ Baronum statui incorporatus, varijs honoribus &

Privilegijs auctus, nuper per absentiam suæ Majestatis Augustissimi Cæsaris Leopoldi I. relicto ad res curandas Collegio Consilij Intimi & Deputatorum singulari ex Gratia, & in prudentiam fidemq; Tuam confidentia adjunctꝰ &c. quæ omnia me impulêre, ut Tibi & fortunam & honores tantos, publico hoc meæ observantiæ monimento, de Te autem & Familiæ, & cognatis & Patriæ gratularer, quæ Tuis & Majorum Tuorum honorata Virtutibus & honoribus, gaudet summopere, sua in suis obsequia & servitia Divis Cæsaribus pro-

bari, virtutem innotescere, exteris, & adamari; quæ vestra fama & gloria, non ad posteros solum spectet Vestros sed ad Majores quoque ipsos, pridem incineratos, quos sera nepotum virtus animare videatur & resuscitare. Horum è plurimis paucculos, pro libri modo ac modulo, breves in tabellas contuli, ut juxta Te genitores quoque comparerent; Tuaque ab ipsis etiam gloria innotesceret, in quibus, æquè meis, Rockvillijs, Rapensteinijs, Rosenbergijs, Hyrussianis, Nenningijs, Blarerianis, Mũnchvillijs, Steinijs, & ho-


rum omnium altis pari Iure Majoribus, ſingula ſingulorũ decora in Te venerãdo, & celebrando, partum tot plæclarè geſtis nomen â Majoribus, â Te meritis magnis auctum, ad filios non ſolum, in ſpem maximam adoleſcentes & provectos, ſed & ad ſeros propagari poſteros, omnemque æternitatem, propitium Numen oro, Cujus Gratiæ nos utrobique quam enixiſſimis Votis & precibus commendo Veldtkirchij Rhætorum II. Cal. Febr. anni â parta ſalute M. DC. LXIV.

Illuſtriſſimæ Dominationis Tuæ
Tot nomibus quotquot legis obſtrictus
P.F. Gabriel Bucelinus.

Fortes creantur fortibus, & bonis est in juvencis, est in equis Patrum Virtus, nec imbellem feroces Progenerant Aquilæ columbam,

Horatius Flaccus.

NB. Berichte an die Buchbinder / allhie ist zu mercken/daß der halb Bogen mit den Tabellen allhero gehören / und solche wegen grösse halber müssen eingeschlagen werden.



APROBATIO.

Auctarium Nuclei Historiæ Universalis Sacræ & Prophanæ multũ R.di P. Gabriel. Bucelini, Ascetæ Imperialis Monasterij Weingartensis, Prioris Ordinis S. Benedicti apud S. Ioannem in Veldtkirch Altæ-Rhætiæ, nomine Illustrissimi ac Reverendissimi D. D. Joannis Episcopi Curiensis sedulò evolventes, invenimus illud, nihil Fidei ac bonis moribus adversum continere; ac Luce proin dignissimum, ut pote opus summo cúm ipsiusmet clarissimi Scriptoris ingenio, túm omnibus omnium notionum numeris elaboratum, judicamus. Actum Curiæ Rhætorum in Aula Episcopali, ex ædibus Præposituræ die 9. Aprilis 1658.

Christophorus à Mor S. Theol. ac U. J. Doctor Præpositus ac Vicarius Generalis.



LECTOR BENEVOLE, Salve.

NUCLEUM universalis Historiæ ut primùm in lucem dedimus, cursum recursumque multoties, cum recens madensque à typo statim abriperetur, multaq; exemplarium millia evolarent, ac in diversas immigrarent Provincias. Noluimus deinceps ita solum prodire, & incomitatum, ac proin Auctarium addidimus, Libelli partem alteram, quam mox tertia subsequetur, utraque multo usui futura, nec modicum Historiæ nostræ universali lumen allatura. Habes autem præsenti Libello: *Temporis* inprimis, *acuratiorem Notitionem, Rationē, & Distinctionem*, à cujus nimirum cognitione, & multa prioris Libelli Tempus, & cum Chronologiam tum Ephemerides concernentia facilius penetres, & varias quam facillimè dissolvas Historiæ difficultates. Sequitur plenior, cum *ex Mathematicorum dictatis, tum Colonorum Regulis atq; experientia Temporum Observato-*

& Tempestatis. Inde *Calendaricum Historicum* uberius, sive potius illius, quod parte prima dedimus Auctarium, quæ simul juncta, miram copiam præbeant Ecclesiasti & Oratori cuicunque aptam tempori Historiam proferendi, sive quotidiana inter amicos & eruditos colloquia, curiosis ejusmodi, ad rem & diem pertinentibus, condiendi. Subjicitur *Historia veteris cùm Sacræ tum Prophanæ compendiosiore methodo Nucleus* mox, pro faciliore Bibliorum intelligentia, *Adami, Semi, Abrahami & David posterorum, cognitio Genealogica*, quod ab hac quoque multæ scripturæ difficultates, & Chronologia dependeant. Postea *Regum Israel*, post obitum Salomonis, *Successio*, item *Monarcharum Persicorum, Macedoniæ, AEgypti & Syriæ Regum*, toties in Scripturis nominatorum, *series* non solum promotionis ad Regnum, sed *deductio* juris seu hæreditatis *Stemmatographica*. Inde *Iudæorum*, posterioris ævi *Regum*, mox *Pontificum, Iudicum, ac Ducum* Gentis ejusdem, *Syllabus*. Tum *Latinorum*, ac dein *Romanorum Regum*, itemque *Consulum*, utilis non solum, sed pernecessarius Historico *Catalogus*. Cui *Fasti Triumphales Rom. Reipubl.* Fortunam ejusdem, simulque Historiam clarissimè illustrantes, multo cum fructu subjiciuntur. Posthæc, *veterum recentiorumq; Imperatorum*, illorum imprimis, qui vel avito generis splendo-

re, vel rerum gestarum gloria præ cæteris effulsere, *Genealogica cognitio*, qua revera, multa scitu jucunda, & perquam utilia memorantur. Inde *Sibyllæ Tiburtinæ de Romani Imperij Regibus* ad usque diem Iudicij futuris *Prophetia*, Venerabilis Bedæ & Godefridi Viterpiensis, veterum Scriptorum, calculo probata, & operibus prodita; *Imperij* demum *Romano Germanici Statuum sive Ordinum Liberorum perbrevis designatio* exteris non minus quàm Germanis, quotidiano manualis libelli usu futura quam gratissima. Sequitur prætermissa parte prima, *Orientis Imperatorum*, post restitutum Occidentis, in Carolo Magno, Imperium, *Continuatio*, deploranda insuper *Turcarum successio*; Ostrogothorum etiam & Longobardorum in Italia Regum designatio: quæ omnia, & nihil non horum, specialius pertinere ad Historiæ Universalis Nucleum videantur. Quo autem uberius Nuclei ejusdem fructum possis percipere, si placeat, in amplissimos Historiarum campos & nemora densissima excurrere & penetrare, omnisque distinctius excutere & examinare, addimus *Historiæ Semitam, per diversorum sæculorum Authores* & Scriptores, ceu viæ expertissimos Duces, *Chronologicè demonstratam*, quod à me pridem nonnulli Historiæ amantes enixè contenderant. Clauditur demum Libellus, uti pars prima, *Recentiore* & locu-


pletiore *Principum Europæ cognitione Stemmatographica atque Genealogica* cui similis celebriorum *Mundi universi Provinciarum Geographica* item *Cognitio* subnectitur. Quibus omnibus, Amice Lector, dum quotidie frueris, favere te ulterioribus meis conatibus obsecro, & quæ parte tertia desideres, monere in tempore, simulque symbolas conferre.

Vale.



RA-

RATIO ET
DISTINCTIO
TEMPORIS
Diſtinctius juxta & compendiosius explicata.



De Ratione & Distinctione Temporis.

QVia parte priore Nuclei, ante omnia alia diversa, ut vulgo vocamus Calendaria, curioso Lectori, pro cujusque diversitate diei, cùm Mathematica, tum Historica varia, sacra & prophana afferendo, exhibuimus, ac dein ad annos & Chronologiam progressi sumus, minus tamen distinctè, quid sit annue ipse, quid menses, quid dies [à quo magnæ dependent Historiæ difficultates] explicavimus, ab his ipsis nunc Auctarij nostri initium faciamus.

De Anno.

De tempore magno discrimine tractant Physicus & Astronomus. Ille docet in genere, quatenus ac accidens proprium corporis naturalis, & mensura motus naturalis in communi, hic tractat de Temporis distinctionibus, perodiis, & intervallis, quibus non mensuratur motus in communi, qui est proprius corpori naturali, qua naturale est, sed quo mensurantur actiones humanæ in specie, nempe actione Ecclesiasticæ, Politicæ, Scholasticæ & Oeconomiæ. Unde doctrinæ hujus, &, ut vocant Computi necessitas & utilitas facilè intelligitur, cum in Ecclesia, Politia & Oecono-

conomia, nihil rectè atque ordinatè, absq; certa temporum distinctione ageretur, merito dicenti Seneca: Cæcum fore genus humanum, si temporum distinctione careret, & non uteretur. Cæterum temporis distinctio, vel secundum naturam, vel secundum institutionem consideratur.

Secundum naturam illa est, quæ fit simpliciter à periodi corporum cælestium.

Secundum institutum est: quam natio quævis constituit, & ad motum Cæli, velut sibi commodam accommodavit, quæ & civilis & politica appellatur. Sed de anno secundum naturam prius agamus.

Annus est inter vallum temporis, intra quod fit tota revolutio, solis & lunæ Principum planetarum.

Est ergo annus solaris vel lunaris.

Solaris est: intervallum temporis, quo sol motus sui proprij periodum absolvit & 12. signa Zodiaci percurrens, ad idem cæli punctum redit, unde discessit.

Solaris annus dividitur in Vertentem & Sydereum.

Anus vertens est spacium temporis, quo sol ab Æquinoctio Verno digressus ad idem Æquinoctium Vernum revertitur.

Annus Sydereus est spacium temporis, quo sol discedens ab aliqua stella fixa, peragrato Zodiaco ad eandem Stellam fixam recedit. Cæterum observa: Solem non moveri ad Stellam fixam extra Zodiacum, sed ita intelligi, apparenter, si intuens Solem rectam lineam ad Stellam duceret à corpore solis, etsi illa reapse longè supra Solem emineat.

Annus vertens, diverso respectu æqualis est, & inæqualis, æqualis est, si medium motum Solis consideres, & si integrum circulum distribuas in motum Solis diurnum æqualem.

Æqualis annus vertens est dierum 365. horarum 5. minutorũ primorum 49: secundorum 16.

Inæqualis annus vertens est: Si verum & apparentẽ Solis motũ spectes idq; propter inæqualem præcessionem Æquinoctiorum, itemque propter anomaliam Solis, & denique propter mutatam eccentricitatem Solis.

Hac prôin ratione, annus vertens major interdum & minor est, prout nimirum diversi diversimode observabunt.

Annus vertens, quatuor anni partibus constat, quæ sequuntur.

1. *Ver*, est prima vicissitudo seu pars anni vertentis, numerata à Verno Æquinoctio, quod est in primo gradu Arietis, ad Solstitium, quod est in Cancro.
2. Æstas est pars anni vertentis, numerata à Solstitio Cancri ad Æquinoctium Libræ.
3. Autumnus tertia pars ab Æquinoctio Libræ usque ad brumam in Capricorno.
4. Hyems quarta pars anni vertentis à Capricorni Solstitio, usque ad Æquinoctium Arietis, in quo, uti incepit annus, sic definit.

Nunc ad Sydereum annum recurramus.

Hujus ratio exactior est: quia loca Stellarum fixarum in cælo constantiora. Termini autem cõstantiores, exactiora reddunt intervalla, Syderei anni quantitas est dierum 365. Horarum 6. minutorum primorum 9. secundorum 23. adeoque paulo major vertente est.

Ista quantitas anni Syderei prodit integro circulo, id est gradibus 360. divisis per Solis motum medium simplicem diurnum, qui est à prima Stella Arietis octavæ Spheræ.

Distinguitur etiam Sydereus à nonnullis in æqualem & inæqualem. Sed malè, cum semper æqualis esse comprobetur.

Cæterum, etsi Stellæ fixæ omnes in Zodiaco spectari possint in dimensione anni Syderei, sumitur tamen plerumque initium à prima Stella Arietis, tanquam termino valde notabili & insigni, ita ut annus Sydereus sit, quando Sol ab Ariete digressus eodem revertitur.

Lunaris annus.

Est intervallum temporis, quo Luna Soli duodecies conjungitur. Imo proprijssimè: est spaciũ, quo Luna absolvit cursum suum peragrato toto Zodiaco, quod fit diebus 27. horis 7. minutis primis 43. secundis 7. etsi jam obtinuerit usus, ut is annus Lunaris dicatur, qui Solari undecim diebus minor est, ut ex priore apparet definitione & juxta hanc annus Lunaris habet dies 354. horas octo, minuta prima 48. secunda 36.

Observandum autem Distinctionem ejusmodi, sive distinctionis cognitionẽ, maximi faciendam, eo quod inde magni & varij Veterum errores deprehendantur, maximè autem à cognitione Anni Syderei, cujus rationem Copernico debemus, qui constituto hoc anno, Sydereum planè lumen intulit temporum distinctioni & Chronologiæ, ostendens causam, cur annus vertens ante Ptolomæi tempora longior fuerit, & post eum multiplici differentia factus sit brevior, nimirum

inde, quod Veteres cursum Solis non compara- verint ad Stellas fixas, adeoque nullum annum Sydereum constituerint, sed solo Æquinoctiorum & Solstitiorum intervallo distinxerint. Sed nunc ad reliquam temporis & Anni distinctionem gradum faciamus.

De Mensibus secundum Naturam.

Egimus de anno naturali, quem & Astronomicum vocant (nam de civili postea sermo erit) nunc & de Mensibus naturalibus agamus, etsi Scaliger non tam natura, quam instituto hominum menses 12. annum velit conficere, cum tamen hic naturali etiam motu Solis & Lunæ determinetur.

Mensis est vel *primario* vel *secundario* dictus. *Primario* & propriè dictus est intervallum temporis, quo Luna percurrens 12. signa Zodiaci, ad idē unde abijt, redit punctum. *Secundario* dictus Mensis, est spacium temporis, quo Sol conficit integrum signum cæleste, quod celerius subinde vel tardius fit, plerumque tamen diebus 30. & hic Mensis Solaris dicitur.

Lunaris, sive *Primario* dictus vel est *Periodicus*, vel *Synodicus*, vel *Illuminationis*.

Mensis Periodicus, est spacium temporis, quo Luna Periodum sui cursus absolvit. Fit hoc diebus 27. horis 7. minutis primis 43. secundis 7. & hæc quantitas colligitur ex integro circulo sive 360. gradibus in medium motum Lunæ distribu- tis, diciturque æqualis.

Inæ-

Inæqualis quantitas, nempe maior subinde & minor, oritur ex motu Lunæ vero, prout nempe principium motus Lunaris, ab alio vel alio Zodiaci loco sumitur.

Synodicus Mensis est spacium temporis, ab una Lunæ cum Sole coniunctione ad alteram, Inde & coniunctionis mensis dicitur.

Æqualis huius quantitas, desumpta à medio Lunæ motu est dierum 29. horarum 12. 44. minutorum. Inæqualis, est à motu Lunæ vero, cum hæc velut Sol in Zodiaco, inæqualiter gradiatur.

Mensis Illuminationis seu Apparitionis, est spacium temporis à primo Lunæ conspectu, quo illuminari incipit, usque dum desinit, cuius mensis quantitas ordinariè est dierum 28.

De diebus & Horis Naturalibus.

Dies Naturalis sumitur vel generalius vel strictius, strictè accipitur, si nox excludatur; generalius, si cum nocte in 24. Horas dividatur.

Strictè proin sumptus, in tres potissimum partes dividitur: Mane, Meridiem, & Vesperum, & sic accepto Nox opponitur, quæ est spacium inter occasum Solis & ortum; dividiturq; in tres itemque partes, Crepusculum, mediam noctem, & Diluculum.

Crepusculum est spacium, quo Sol sub Horizontem primo demersus nondum ultra 18. Gradus in Ecclipsica sub Horizontem descendit.

Diluculum è contra 18. gradibus ab Orientali Horizontis parte distat. Nox Media, meridie rectà opponitur.

Hora Naturalis.

Vel latè accipitur vel strictè. Illa: est vigesima-quarta pars totius circum volutionis, quâ Æquator volvitur, & sic est semper æqualis, propter æquabilem Aequatoris motum, quo singulis 24. Horis 15. gradus ex 360. volvuntur.

Hora Naturalis strictè sumpta, est 12. pars diei seu noctis Naturalium strictè acceptarum. Hæc duobus exceptis in anno diebus Aequinoctialibus, semper est inæqualis, ob incrementa & decrementa diei ac noctis Sed & ob diversitatem locorum, cum in altero brevior dies sit vel longior quam altero, ob poli elevationem. Ejusmodi horas inæquales Prisci habuerunt, usque ad annum à Christo nato trecentesimum, ita ut Chronologis id maximè sit observandum: nimirum quidquid ante annum Christi 300. in Historijs cum Sacris tùm profanis legitur, id omne de Horis hisce Inæqualibus, (exempli gratia dum Christus in Cruce hora 9. expirasse dicitur,) intelligendum.

Minuta Horarum, prima & secunda sunt. Primum est Sexagesima pars horæ. Secundum sexagesima primi minuti. Et hæc de Naturalibus Anno, Mense, Die, & Hora sufficiant.

De Distinctione Temporis ex instituto Hominum.

De Anno Civili.

Annus Civilis sive *Politicus* est, quem quælibet Natio ex motu Solis vel Lunæ sibi constituit. Est proin hic annus *Positivus* sive *Politicus* mul-

multum diversus ab Anno *Naturali* sive *Astronomico*, major nimirum vel minor isto, additione vel exceptione indigens, ut cum illo Naturali possit congruere. Accidit hoc, ex veræ & exactæ quantitatis ignorantia, quam Veteres minus habebant exploratum.

Annus Politicus vel *Solaris* est vel *Lunaris*. *Solaris*, est, qui magis ad motum Solis accommodatur, estq; vel *Perfectus*, vel *Imperfectus*.

Annus Solaris *Perfectus* est spacium 365. cum quadrante diei, id est, sex horis. Dicitur autem Perfectus, non quod exacte congruat cum Naturali, Sed quod propius accedat, & Politico usui, magis sit accommodatus, quam alij anni Civiles.

Immortale hoc meritum fuit C. Julij Cæsaris Imperatorum Rom. primi & verè Principis, qui errore Calendarij animadverso, ut erat in geniosissimus, maximis sumptibus, Astronomos toto orbe præstantissimos, eosque inter Sosigenem in consilium tantæ rei advocans, annum ad Cursum Solis reformavit, novumque Calendarium constituit, ab ipso Iulianum ut & Annum ipsum, merito cognominatum; Josephus Scaliger falso opinatur, alias quoq; gentes ante Cæsarem hanc anni rationem scivisse, sed hunc primùm usurpasse & promulgasse, cum nemo id unquam Scriptorum tradiderit, & stultum fuisset, tanti momenti rem scisse, & tamen tacuisse, nec usurpasse, omnibus ferè nationibus, novam hanc Cæsaris Constitutionem admirantibus, adorantibus, & quam primũ amplectentibus, cum ipsam promulgasset.

Porro anni mensuram ad Solis cursum diriges,

totum eius intervallum 365. diebus & 6. horis, [quod in ætate hominis, tantam mutationem minuta horarum non conficerent, idque facile posteri suo intercalandi exemplo post annos 300. similiter observarent,] definivit, diesque prædictos 365. in 12. dividens intervalla, Menses appellavit, proq; mense Naturali; qui non tam à Solis, quam Lunæ motu dependet, Civilem substituit. Cumque præter dies 365. sex insuper horæ ex solis cursu huic anno assignandæ essent, quarto quoque anno in unam summam 24. horarum, sex illas colligens, diem integrum constituens anno adjecit, & Februario, pauciorum cæteroquin dierum Mensi inservit.

Lunationum insuper, Novilunij inprimis rationem habens, numerum quendam Ægyptijs ac Græcis usitatum, qui Novilunia signaret, auro pingi in suo Calendario voluit, qui inde usque hodie Aureus numerus appellatur.

Cæterum Cæsar suæ ætatis errores corrigens, sequuturis quoque sæculis corrigendi modum monstravit, & cum Solem integrè suum implere cursum intra dies 365. horas 5. minuta 49. [imò juxta Tychonem Brahe, dies 5. horas 4. minuta maiora 8. minora 45.] animadverteret, integriorem, mediocritatis cuiusdam cum temporis decursu, eligens numerum, sex horas designavit, quo facilior via novæ post annos. 120. correctioni esset, ac tunc dies integer Calendario suo prædicto detrahendus observaretur, nimirum cum ipse singulis annis quinta horæ parte citius cursum Solis in suo Calendario anteverteret, quam Sol in cælo absolvere deprehenderetur, totidem partibus intra annos 120. diem integrum conficien-

cientibus, qui pro rectificanda temporis ratione solidiore, Calendario Juliano detrahi debebat.

Similis observatio, posteris temporibus, ejusdem adhiberi Calendario debebat, ratione Novilunij, cum ipse integriorem recursus Lunaris numerum. 19 designaret, intra totidem nimirum annos, Noviluniis pristinam suam in cælo sedem recuperantibus, cum tamen hic numerus 19. particula quadam modica maior sit, quam Novilunia ad suum recursum seu regressum requirant, adeoque intra 300. annos die uno citius accidant, & simile superiori remedium, diei unius detractione sit adhibendum.

Inde cum tempore, hæc ijs, quorum intererat, non advertentibus, multi necessario errores in Calendarium, & totius anni rationem irrepserunt, sic ut deinceps in celebratione Paschatis, & per consequens aliorum Festorum, quæ à Paschatis pendent termino, multa dissidia, cum nemo non errores adverteret, viam tamen solidam corrigendi ignoraret, nascerentur. Adhibuit remedium aliquod Concilium Nicenum, à cuius tamen tempore valde mutatum est Æquinoctium verum, & integris 10. diebus retrocessit. Proin anno Christi 1582. Papa Gregorius XIII. Præstantissimis adhibitis Mathematicis Calendarium denuo ad meliorem rationem revocavit, & præclarissimè de Orbe Christiano meruit, ita ut, si deinceps, ea, quæ supra notavimus, certo decursu temporum observentur, facilimum sit quocunque errores antevertere, & temporis rationem, à qua omnia debè dent benè instituta, integrè conservare.

An-

Annus Solaris Politicus Imperfectus.

Est spacium dierum 365. sine adjectione aliqua 6. horarum. Et hic dicitur *Aequabilis*, & diverso etiam respectu *Vagus*. Æquabilis inde dicitur quia menses duodecim Æquales habet nempe quemvis dierum 30. qui simul sumpti dies 360. efficiunt, Hisce adduntur dies 5. quos Adjectitios appellant.

Vagus dicitur: quia ob neglectas 6. horas, intra annos 120. initium hujus anni retrocedit à cursu Solari per integrum mensem, & nisi quædam mensium fieret insertio, intra annos 1460. initium hujus anni, totum annum Julianum pervagaretur.

Hujus anni forma usi sunt olim Ægyptij, Chaldæi, Syri, Persæ, Hebræi, omnesq; gentes Orientales, hoc tamen discrimine, quod dies adjectitios alia atq; alia sede inseruerint, unde velut diversa forma apparebat.

Principium hujus anni Ægyptij in ortu Caniculæ statuerunt, adeoque totum annum Vagum habuerunt.

Persæ & Chaldæi à Veris principio annum inchoarunt.

Hebræi Veteres ab Æquinoctio Authumnali cœperunt, etsi incertum sit Solarine an Lunari usi sint.

Annus Civilis Lunaris.

Est: cujus ratio magis ad motum Lunæ refertur. Estq; similiter *perfectus* vel *imperfectus*.

Perfectus est, qui ad Lunæ cursum certioribus; Noviluniis

Novilunijs congruit, & æquat numerum dierum anni Lunaris Naturalis.

Observa autem.

Lunarem annum proprie loquendo, solum mensem esse, eo quod Lunæ mensis spacio suum cursum absolvat. Tali anno usi plurimum sunt Ægyptij, adeoque in illorum Historia tot annorum millia numerantur.

Annus Lunaris perfectus 12. Lunæ periodis constat. Eo usi sunt Judæi post captivitatem Babylonicam, sed & Chaldæi, Samaritani, Græci & Romani ante Julium Cæsarem, sed & Arabes atque Saraceni usque hodie utuntur. Vt appareat, quanti referat hæc solidè cognoscere.

Hujus anni principium omnes Orientales à Libra sumpserunt, & ab hoc signo, conjunctiones Solis & Lunæ computarunt.

Chaldæi ejus anni observationes, definiverunt mensem Synodicum diebus 29. horis 12. minutis 44. Sicut ejus anni quantitas esset dierum 354. horarum octo, adeoque Solari minor esset diebus decem, horis 21. quibus triplicatis proveniunt dies 32. horæ 15 ex quibus, diebus tantum detrahebant, ut tertio quoq; anno possent mensem facere, quem intercalarent, hoc est, mensibus alijs interponerent.

Vsi proin Chaldæi sunt dupl:ci anno, nimirum Solari Æquabili, & Lunari Perfecto, quo & Judæi in sua captivitate Babylonica uti cœperunt, intercalationem tamen fixam, mensis Adar instituentes, quod ipsum usque hodie observant.

Arabes eodem utuntur sed ingeniosè per scrupulorum interpositionem correcto.

Roma,

Romani Veteres anno *Luni perfecto* à Numa Pompilio promulgato, ad usque Julium Cæsarem usi sunt, sicut, & Athenienses.

Annus Lunaris Civilis Imperfectus.

Duplex est: Unus Novilunijs certis ad Lunæ cursum descriptus, ex veteri more Græcorum ad huc rudiam, alter, numerum dierum anni Lunaris ferè non adæquans, quo anno Romani ante Numam Pompilium usi sunt.

De Mensibus, Diebus & Horis civilibus.

Mensis civilis est certus dierum numerus, pro nationis cujusque seu urbis instituto. Estq; duplex item: *Solaris* & *Lunaris*. Mensis *civilis Solaris* est, qui æqualiter suis diebus distributus est. Hunc usurpatum Orientales, qui & Solarem annum imperfectum. Mensis Lunaris est, qui vel à Lunæ cum Sole conjunctione, vel à prima Lunæ apparitione numeratur.

Priore usi Athenienses sunt, posteriore Hebræi alijque Orientales. Etsi Iudæi ante captivitatem aliter suos menses, quam post nominarent, ijdem mensem in 4. hebdomades partiebantur, ita, ut 28. solum dies haberet, quantum est spacium Lunæ primo apparentis, & evanescentis. IulianuS mensis, ex Solari & Lunari quasi mixtus est, habetque interdum 30. dies, interdum 31. semel 28. uti his versibus habes.

Trigista Aprilis Iunius septemq; novemq;
Uno plus reliqui, viginti Februus octo.

De

De Mensium appellatione parte prima Nuclei jam satis dictum est, distinctionem autem in nonas Idus & Calendas tres versiculi habenti.

Sex Nonas Majus October, Julius & Mars
Quatuor est reliqui, dabit Idus quilibet octo.
Inde dies reliquos omnes dic esse Calendas,

Cæterum Nonæ dictæ, cum nova Luna appareret, incidun tque in diem Mensis quintum vel sextum.

Idus à prisco Iduo, quod est dividuo, Plenilunium vocabant, quod tum Mensis in duo æqualia spatia divideretur, & incidunt in diem 13. 14. vel 15. Mensis.

Calendæ, quasi clamlentæ, cum Luna radijs tecta solaribus clam se haberet, dicebantur.

Ægyptij Syri Persæque numero dierum cum Mense Romano planè conveniunt. Et hæc de civili Mense dicta sufficiant.

Dies civilis est determinatio quædam diei, noctisque naturalis ex usu diversarum Nationum, inchoata à diverso principio.

Inde Romani, quos & nos hodie sequimur, diē incipiebant à media nocte finiebant.

Iudæi atque Athenienses, quos hodie Itali, moris Romani veteris negligentes ut linguæ, imitantur, ab occasu Solis ordiebantur & terminabant. Chaldæi in ortu. Arabes atque Ægyptij in meridie.

Cæterum qui 24. diei horas aliter quam à meridie sive media nocte oriuntur, difficulter admo-

Romani Veteres anno *Luni perfecto* à Numa Pompilio promulgato, ad usque Julium Cæsarem usi sunt, sicut, & Athenienses.

Annus Lunaris Civilis Imperfectus.

Duplex est: Unus Novilunijs certis ad Lunæ cursum descriptus, ex veteri more Græcorum ad huc rudiam, alter, numerum dierum anni Lunaris ferè non adæquans, quo anno Romani ante Numam Pompilium usi sunt.

De Mensibus, Diebus & Horis civilibus.

Mensis civilis est certus dierum numerus, pro nationis cujusque seu urbis instituto. Estq; duplex item: *Solaris* & *Lunaris*. Mensis *civilis Solaris* est, qui æqualiter suis diebus distributus est, Hunc usurpatum Orientales, qui & Solarem annum imperfectum. Mensis Lunaris est, qui vel à Lunæ cum Sole conjunctione, vel à prima Lunæ apparitione numeratur.

Priore usi Athenienses sunt, posteriore Hebræi alijque Orientales. Etsi Iudæi ante captivitatem aliter suos menses, quam post nominarent, ijdem mensem in 4. hebdomades partiebantur, ita, ut 28. solum dies haberet, quantum est spacium Lunæ primo apparentis, & evanescentis. Iulianus mensis, ex Solari & Lunari quasi mixtus est, habetque interdum 30. dies, interdum 31. semel 28. uti his versibus habes.

Trigintà Aprilis Iunius septemq; novemq;
Uno plus reliqui, viginti Februus octo.

De Mensium appellatione parte prima Nuclei jam satis dictum est, distinctionem autem in nonas Idus & Calendas tres versiculi habent.

Sex Nonas Majus October, Julius & Mars
Quatuor est reliqui, dabit Idus quilibet octo.
Inde dies reliquos omnes dic esse Calendas,

Cæterum Nonæ dictæ, cum nova Luna appareret, incidıntque in diem Mensis quintum vel sextum.

Idus à prisco Iduo, quod est dividuo, Plenilunium vocabant, quod tum Mensis in duo æqualia spatia divideretur, & incidunt in diem 13. 14. vel 15. Mensis.

Calendæ, quasi clamlentæ, cum Luna radijs tecta solaribus clam se haberet, dicebantur.

Ægyptij Syri Persæque numero dierum cum Mense Romano planè conveniunt. Et hæc de civili Mense dicta sufficiant.

Dies civilis est determinatio quædam diei, noctisque naturalis ex usu diversarum Nationum, inchoata à diverso principio.

Inde Romani, quos & nos hodie sequimur, diē incipiebant à media nocte finiebant.

Iudæi atque Athenienses, quos hodie Itali, moris Romani veteris negligentes ut linguæ, imitantur, ab occasu Solis ordiebantur & terminabant. Chaldæi in ortu, Arabes atque Ægyptij in meridie.

Cæterum qui 24. dici horas aliter quam à meridie sive media nocte oriuntur, difficulter

adme-

admodum & Canonicarum horarum, & ipsius Meridiei, & mediæ noctis puncta cognoscunt, cũ pro incremento decrementoque lucis, sive diei strictæ sumptæ, Meridies â momento Solis occubitu recedat, & toto anno variabilis erret, eo quod â variabili indies principio incipiatur, & nunc Meridies in horam 17. nunc in 19. incidat, & sic toto anni tempore varietur, imo modico locorum intervallo, in montosis maximè regionibus, quibus Sol, alijs una hora citius, alijs tardius abscõditur, ingens necesse est totius diei & horarum variatio & diversitas oriatur. Ut taceam, quanti errores in dirigendis Horologijs, quando cælo nubilo occasus Solis minus perfectè cognoscitur, enascantur. Placet pro meliori variationis intelligentia, Tabellam Meridiei variantis, quâ in Italia usi sumus, apponere;

Vides proin, quam difficulter, absque tabula, cœlo inprimis nubilo, Meridici punctum agnoscas, imo quod vix continuo anni cursu, certam cuique negotio horam assignare possis, ut si Vesperas Sacer Homo, tertia Hora post meridiem recitare pro more velit, debeat juxta Horologium Italicum decima octava, (exempli gratia,) Maji, horam, 18. observare, cujus minuto 30. tertia pomeridiana apud nos audiretur, decima octava vero Decembris, tertiæ pomeridianæ nostræ, hora Italica vigesima prima, minutum insuper 43. respondebit, Vt sic de omnibus alijs horis liceat ominari, ex quo plurima, summopere inordinata contingere animadvertimus, & ingeniosissimos, cætero quin homines non advertere, certè non curare admirati sumus. Ijsdem difficultatibus laborasse Chaldæos facile patet, cum

ortus

Tabula Meridiei ex usu Italorum Prior numer, Horam, alter minutum indicat.

Dies	Jan.	Febr.	Mart.	Apr.	Mai.	Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Oct.	Nov.	Dec.
1	19.39	19.8	18.28	17.43	16.55	16.23	16.19	16.45	17.30	18.15	19.3	19.37
2	19.39	19.6	18.26	17.39	16.54	16.23	16.19	16.46	17.32	18.18	19.4	19.37
3	19.38	19.5	18.25	17.38	16.52	16.22	16.20	16.48	17.33	18.18	19.6	19.38
4	19.38	19.4	18.23	17.36	16.51	16.22	16.20	16.49	17.34	18.20	19.8	19.38
5	19.37	19.3	18.21	17.35	16.50	16.21	16.21	16.51	17.36	18.22	19.9	19.39
6	19.36	19.1	18.19	17.33	16.48	16.21	16.21	16.52	17.37	18.23	19.10	19.39
7	19.36	19.0	18.18	17.32	16.47	16.20	16.22	16.54	17.39	18.24	19.11	19.39
8	19.33	18.59	18.17	17.30	16.45	16.20	16.23	16.55	17.41	18.26	19.13	19.40
9	19.32	18.57	18.15	17.29	16.44	16.19	16.24	16.57	17.42	18.28	19.14	19.41
10	19.31	18.56	18.14	17.27	16.43	16.18	16.25	16.58	17.43	18.29	19.16	19.41
11	19.30	18.54	18.12	17.26	16.42	16.18	16.26	16.59	17.45	18.31	19.17	19.42
12	19.29	18.53	18.11	17.24	16.41	16.17	16.26	17.0	17.46	18.32	19.18	19.42
13	19.28	18.51	18.9	17.23	16.40	16.17	16.27	17.1	17.48	18.34	19.19	19.42
14	19.27	18.50	18.8	17.21	16.39	16.17	16.28	17.3	17.49	18.35	19.20	19.43
15	19.26	18.48	18.6	17.20	16.38	16.17	16.29	17.4	17.51	18.37	19.21	19.43
16	19.25	18.47	18.5	17.18	16.37	16.17	16.30	17.6	17.52	18.38	19.22	19.43
17	19.24	18.45	18.3	17.17	16.35	16.17	16.30	17.7	17.54	18.40	19.23	19.43
18	19.23	18.44	18.2	17.15	16.34	16.17	16.31	17.9	17.55	18.41	19.24	19.43
19	19.22	18.42	18.0	17.14	16.33	16.17	16.32	17.10	17.57	18.42	19.25	19.43
20	19.21	18.41	17.59	17.12	16.32	16.17	16.33	17.12	17.58	18.44	19.26	19.43
21	19.20	18.39	17.58	17.11	16.31	16.17	16.34	17.14	18.0	18.46	19.27	19.43
22	19.19	18.38	17.56	17.9	16.30	16.18	16.35	17.15	18.1	18.48	19.28	19.43
23	19.18	18.36	17.54	17.7	16.29	16.18	16.36	17.17	18.3	18.49	19.30	19.43
24	19.16	18.35	17.53	17.6	16.28	16.18	16.37	17.18	18.4	18.51	19.31	19.43
25	19.15	18.33	17.51	17.4	16.27	16.18	16.38	17.20	18.6	18.53	19.32	19.42
26	19.14	18.32	17.50	17.3	16.27	16.18	16.39	17.21	18.7	18.54	19.33	19.42
27	19.13	18.30	17.48	17.1	16.26	16.18	16.40	17.23	18.9	18.55	19.34	19.42
28	19.12	18.29	17.47	17.0	16.25	16.18	16.41	17.24	18.10	18.57	19.35	19.41
29	19.11		17.45	16.58	16.25	16.19	16.42	17.25	18.12	18.58	19.35	19.41
30	19.10		17.44	16.57	16.24	16.19	16.43	17.27	18.13	19.0	19.36	19.41
31	19.9		17.42		16.24		16.44	17.29		19.1		19.40

ortus Solis non minus quam occasus, quotidie toto anno variet. Sed quę reliqua sunt. Dici expediamus.

Varij Dies.

Diem distinxerunt, gens quæq; & natio, variè admodum, pro ratione vel Sacrorum, vel Iudiciorum, aliarumq; Solemnium actionum. Apud Romanos dies alius erat Festus, alius Profestus, alius Nefastus, & Ater.

Dies Festus Dijs dicatus in tres partes distinguebatur: prima erat Sacrificiorum, 2. Epularum, 3. Ludorum.

Profestus dicebatur, qui nominibus dicatus erat.

Nefastus, quo nihil licebat agere in judicio.

Ater erat: quo insignem aliquam cladem Romani olim accepissent, eoq; vix quidquam, quod magni momenti esset incipiebatur.

De Distinctione Temporis Orta.
Hoc est
De Epochis, Intercalationibus, Cyclis & Indictionibus.

Dicitur hæc temporis *Distinctio Orta*, seu *composita*, eo, quod ex simplicibus illis, & primis temporum intervallis combinetur, eorumq; circum volutionem contineat. Estque vel *Epocha*. vel *Insertio*, sive *Intercalatio*, vel denique *Periodus*.

Epocha est relatio annorum, ad certum aliquod principium, unde anni numerantur, quod Principium anni etiam Aera, Arabico vocabulo dicitur Estque vel *Vniversalis* vel *Particularis*.

Epo-

Epocha Universalis est, qua inter nationes utuntur, estque vel *Sacra* vel *Profana*.

Sacra est Christianorum, vel Ecclesiæ simul & Synagogæ. Et hæc rursum vel *Primaria est*, vel *Secundaria*.

Epocha Christianorum *Primaria* est, ab annō verbi Incarnati *Secundaria* est, à Passione Christi, minus tamen usurpata.

Epocha Christianorum simul & Iudæorum, est *Princeps* vel *minus Princeps*. *Princeps* est ab Orbe condito. *Minus Princeps* à Diluvio universali sive ab exitu Israelis. A condito Salomonis Templo. A destructione ultima Hierosolymæ, qua Epocha plerumque hodie Iudæi utuntur, etsi aliter annos numerent, quam Christiani.

Epocha Profana, quæ maximè sit in usu, est vel *Græcorum* vel *Romanorum*.

Græcorum Epocha est ab initio Olympiadum Dicitur hæc à Ludis in honorem Iovis Olympij institutis, qui quinto quovis anno celebrabantur ideoque spacium erat 4 annorum, ijque primum instituti ab Hercule sunt anno O. C. 2849. in quo tamen diversa diversi sentiuntt numerantque nonnulli ab annis Iphiri Restituentis eosdē.

Epocha Romanorum est ab Urbe condita, cujus annus primus fuit, Orbis Conditi 3302.

Particularis Epocha est, qua particulatim utuntur Papæ, Cæsares, Reges, Urbes singulæ, &c. illis ab inito Imperio, hic ab eo anno, quo primum sunt exstructæ, numerantibus,

Inter-

Intercalatio prisca appellatione, & Astronomis usitata, est temporis minoris, in tempus majus insertio.

Eadem vel *Princeps* est, vel minus Princeps.

Intercalatio Princeps est vel Bissextilis, vel Epactarum.

Intercalatio *Bissextilis est*, qua quarto quoque anno dies una Februario mensi, ex causis supra allatis adjicitur.

Vocatur autem *Bissextilis*, quia dies sextus Calendarum Martij, bis numeratur.

Epacta sunt dies undecim, quibus annus Solaris Lunari est major. Cum autem hic dierum excessus, cum annis, tempore cumulatus in immensum excresceret, nisi terminus constitueretur, ultra quem Epactæ non extenderentur, ideo cautum est, ne Epactarum numerus dies 30. excederet. Cum enim Epactæ inventæ sint, ut Aureo numero non monstrante Novilunia & Plenilunia atq; ætates Lunæ, ipsæ hunc usum præstent, nulla autem ætas Lunæ 30. dies excedat, ideo, neq; Epactæ excedere hos dies debebant. Quando proin ad numerum dierum 30. pervenitur, *Intercalatio* instituitur, & Annus Embolismalis sive Institius fit 13. Lunarium mensium, ut ita Lunaris annus Solari conveniat, quòd autem ultra 30. Epactas residuum est, id reservatur, & sequentis anni Epactis adjungitur.

Minus Princeps Intercalatio est, quæ fit per dies Epagomenas.

Hæ dicuntur ex ipsæ, quas explendis deficientibus

entibus annorum spacijs, quæcunque gentes calendario suo adjecêre.

Periodus est circum volutio aliqua multorum annorum velut in circulum re diens. Estq; *Primaria* vel *Secundaria*.

· *Primaria*, est, qua annorum extrema revolvuntur ad idem principium, ut Solis & Lunæ cursus æquentur.

Periodus hæc est vel respectu Solis, vel Lunæ.

Respectu Solis est, vel quoad annos Solares perfectos, vel quoad Solares imperfectos. Quoad annos Solares perfectos, nimirum Julianos Cyclus sive revolutio est, vel major vel minor.

Cyclus major Solaris, est circum volutio annorum 532.

Cyclus minor Solaris, est revolutio annorum 28. quibus nimirum litteræ Dominicalis mutatio in circulum redit.

Dicitur autem Cyclus *Solaris*, non quod motum Solis indicet, sed litteram diei Dominicæ, quæ dies *Solis* dicitur.

Periodus anni Solaris imperfecti est vel Ægyptiaca vel Hebræa, Ægyptiaca est annorum 1460: æqualium, quâ nempe periodo anni Ægyptiaci primus Mensis ad ortum Caniculæ revertebatur. Unde & Annus Cynicus Magnus dicitur.

Periodus Hebræorum est annorum 120. post quos mensem unum intercalabant, & ad principium legitimũ revocabant, seculum appellantes.

Periodus Lunaris est, vel in annis Solaribus respectu Lunæ, vel respectu ipsorum annorum Lunarium. Estque perfecta vel imperfecta.

Cyclus Lunaris Perfectus est vel Græcus, vel Arabicus.

Græcorum cyclus est revolutio Periodica annorum 19. qua Novilunia, Plenilunia & quadraturæ ad sua principia redeunt. Dicitur hic cyclus Aureus numerus, eo quod in Græcorum Calendario, & ex in Iuliano auro scriptus esset. In Ecclesia quoq; aureus numeri hujus usus fuit, cum per hunc cyclum omnia Festa Mobilia dirigerentur. Cæterum etsi veteres crederent omnium Lunationum diversitatem spacio isto 19. annorum redire in circulum, ætas tamen posterior animum vertit, intra annos istos 19. Lunationes hunc cyclum antevertere hora integra cum 30. minutis.

Periodus Arabica est revolutio 30. annorum Lunarium, in qua revolutione sunt 11. anni intercalares. Est hæc valde perfecta, quam ideo Gregorius XIII. in reformatione Calendarij abjecto usu Aurei numeri, adhibuit, numeros Epactales 30. ad Novilunia, imitatione Arabum, indagandis adhibens.

Period. Añi Lunaris Imperfecti apud Græcos solum in usu fuit. Estq; vel Tetrateris. vel Octoeteris.

Tetraeteris est spacium annorum Græcorum inter duas conjunctiones Lunares interjectum. Octoeteris est spacium 8. annorum Græcorum. Secundaria Periodus, *Indictio* appellatur, quæ est intervallum annorum quindecim.

Hujus cum frequens admodum apud veteres usus sit, in Diplomatibus & Scripturis publicis, ea de causa parte prima Nuclei Historici, aliquot tabellarum contextu, eandem publico usui proposuimus, ne longa per numeros indagatione, facile quis in errorem laberetur. Restat modo, ut,

quia

quia paucis est cognitum, de nomine, & prima Indictionis institutione aliquid dicamus.

Indictionis periodum primus Augustus Cæsar excogitavit, indicium nimirum ut subditis esset, quando tributa & qualia ipsis essent persolvenda: nam tertio antè Christum anno indictione Tributorum facta, ita ut is primus Indictionis annus esset, constituit, ut primis quinque annis aurum Romam adferretur, sub finem secundi, alterius nempe quinquennij, argentum, sub finem tertij, quintidecim nimirū anni æs & ferrū, ad reparanda arma adferretur Ita quinque anni, ter repetiti, *indictio* (tanquam Tribuni Romani Indictio appellabantur.

Verum quia in hoc ipso variè varij sentiunt, & multi veteres, solidiore rei cognitione destituti, subinde gravium errorum reos faciunt, & eosdem (quod est gravissimum) falsificatarum litterarum arguunt, quod nimium in notanda Indictione, eodem anno, alij ab alijs diversi sint, sciendum est, (præterquam quod ignoranter sæpe à nonnullis erratum fuit) alios Indictiones ab Augusto Imperatore, alios à Constantino Magno & fine Concilij Niceni, alios à 24. Sept. alios à prima Ianuarij computare. Quæ pro majore luce Historiæ monenda censuimus, nec modicum momenti, ut & ea, quæ huc usque retulimus, afferre existimamus.

Placet nunc Periodicam viginti octo annorum Tabellam, vulgò in Italia maximi factam, qua anni cuiusque fertilitatem, Sterilitatem, & mediocritatem ominantur subjicere.

1650	1678	1706	Ano Martial. siveMartis, Sterilis
1651	1679	1707	Mercurialis, Mediocris.
1652	1680	1708	Saturnius, Sterilis.
1653	1681	1709	Iovialis Fertilis.
1654	1682	1710	Solaris, fertilis.
1655	1683	1711	Lunaris, Sterilis.
1656	1684	1712	Martialis, Sterilis.
1657	1685	Et sic deinceps annos continuando & periodice procedendo.	Iovialis, Fertilis.
1658	1686		Venereus, Fertilisimus.
1659	1687		Saturnius, Sterilis.
1660	1688		Solaris, Fertilis.
1661	1689		Martialis, Sterilis.
1662	1690		Mercurialis, Mediocris.
1663	1691		Iovialis, Fertilis.
1664	1692		Venereus, Fertilis.
1665	1693		Solaris, Fertilissimus.
1666	1694		Lunaris Sterilis.
1667	1695		Martialis, Sterilis.
1668	1696		Mercurialis, Mediocris.
1669	1697		Venereus, Fertilis.
1670	1698		Saturnius, Sterilis.
1671	1699		Solaris, Fertilis.
1672	1700		Mercurialis, Mediocris.
1673	1701		Iovialis Fertilis.
1674	1702		Venereus, Fertilisimus.
1675	1703		Saturnius, Sterilis.
1676	1704		Lunaris, Sterilis.
1677	1705		

Sed

Sed nunc quæ primâ Nuclei parte, ſive omiſſa, ſive minus diſtinctè tradita, de Temporum obſervatione cùm ex eruditorum & Mathematicorum, tum Colonorum regulis, conſociemus & proferamus.

De Temporum Obſervatione, cûm ex Mathemathicorum dictatis, tum Colonorum Regulis Auctarium.

ANnum quatuor potiſsimum partibus conſtantem, ex harum temperamento & fertilem & ſalutarem, hoc mixtionis ordine Phyſici ſibi pollicentur; Si Ver calore & humiditate, Æſtas fervore & ſiccitate, Authumnus, ſiccitate cum frigore, Hyems frigore cum humiditate bene attemperentur. Secus ſi fiat varios & periculoſos pro temporis ratione & diverſitate morbos graſsari quamprimùm experimur. De cætero attendendum omnino ad Planetarum Periodicam revolutionem, continuatis tot ſæculorum uſu atque experientia. Aſtronomi docent, hac tamen differentia, ut non cæli ſolius, ſed & terræ ratio & diſpoſitio habeatur. Exempli gratia: Poteſt Solaris annus, qui ordinariè fertilis eſſe ſolet, uni vel alteri Provinciæ, ſolaribus cæteroquin radijs exuſtæ & arenti, magnam ſterilitatem inducere, & viciſsim Venereus, qui Italiæ eſt fertiliſsimus, Germaniæ minus quadrare, cum illa caloris attemperatione fertiliſsima reddatur, iſta egeat fervore, ut pote nimia nivium & glaciei

duratione valde infrigidata & humecta ta, ut qui de fide Regularum ejusmodi & Observationum detrahunt suam ipsi prodant ignorantiam, ut qui nesciant in ejusmodi rebus Generales omnino Regulas tradi nō posse, sed pro cujusque situ provinciæ & natura, observantias illas ita accommodandas, ut non influxus solum planetarum, & ordinarij effectus, sed & terræ, cujusque provinciæ dispositio consideretur. Sic nonnullis provinciis mediocritas ipsa, fertilissima bonorum omnium est, uti quod aliis optimum, idem aliis pessimum ex eo, quod jam diximus esse comprobatur. Coloni cæteroquin annum sequuturū è præcedentis qualitatibus, fertilem sive sterilem fore ominantur, Sicque ex Æstatis calore, sive hujus attemperatione ac humiditate, hyemem submetiuntur atque inprimus à duratione, ita ut calore diutius in mēses hybernos protracto, frigus quoque invernos, & æstivos extrahendum existiment, nec multum sibi de anni illius ubertate polliceantur. Ajunt præterea, Pascha serum, seram quoque æstatem ferre, hanc autem vinum plerumque austerum procreare. Et hæc quidem sunt, quæ non absque ratione esse videantur. Sed quæ Calendis Ianuarijs accidentaliter adveniunt, in totius anni omen vertere durius omnio est, & haud video, quomodo diei unius ratio, debeat quadrare anno universo: Ut si prima anni dies in signo quodam Aquatico, Aquario nimirum seu piscibus occurrat, inde annus totus pluviosus adeoque sterilis prænunciari credatur, si in Leone, calidus & fertilis, si in cancro præter expectationem omnia eventura existimens,

ment. Nunc ad Menses & Mensium dies gradum faciamus.

IANVARIVS.

A Jano Italiæ Rege dictus Mensis, Janus au- tem ab Hebraico Jain, quod vinum sonat. Atque ita veteres Noe appelarunt, à Græcis Oenotrium, hoc est Vinitorem dictum, tanquam primum vinearum plantatorē, ab Ethruscis Vandimonem, vulturenæ civitatis Conditorem, quem isto pro Numine deinceps coluerunt, de quo mira nuper in lucem eddidit Curtius Inghiramius, in suis Ethruscarum Antiquitatum Fragmentis consulendus. Janum inde Bifrontem dicunt, quod uti Noe priorem ante Diluvium orbem, atq; inde à diluvio alterum restitutum viderit, sic ab ipso cognominatus mensis, priorem respicit annum, alterum ordiatur. Ut autem nihil de primis Januarij diebus nunc memoremus, de quibus parte prima Nuclei Universalis egimus ajunt totum mensem Januarium, totius anni decursum prænunciare, & siquidem ille totus gratiis plenus sit, annum similiter gratiosissimum atque fœcundissimum polliceri. Si mediocer mediocrem, si turbidus, turbidum & infœcundum denotare. Observandum autem ratione signorum cælestium, etsi Januario mensi Aquarius asignetur. Solem tamen id signum non ante undecimam mensis diem pertingere, imo Capricorni operationem, tunc primum vel maximè se prodere, quæ ut plurimum soleat humiditatem & turbulentam tempestatem secum ferre, nisi unius vel plurium Planetarum, ut vocant, aspectus interveniant, à quibus

facilè, quæ humida sunt exsiccantur, & vice versa alia & alia quam inclinatio rapuerit, eveniant. Inde agnescas oportet Prognosticationes, non sine conditione intelligendas esse & accipiendas. Variatio tempestatis mense Ianuario, annum quoque inconstantem portendit, maxime si id extra certos, & variationi Lunæ ex sua natura obnoxios dies eveniat. Colonorum illam dierum Christi Natalitiorum, & inde primorum Ianuarij. & maximè à Festo Epiphaniæ, ad menses applicationem & comparationem vanissimam esse, vel inde constat, quod sæpius contigerit, contingatq; sextam Ianuarij & consequentes proximè dies, vel sudos totos, vel udos defluxisse, ex quo per consequentiam plane rusticam, totus similiter annus, vel absque nube, vel irremissa imbrium effusione, sese habere debuisset, Mutationes tempestatum plerumque fieri in Novilunio ac Plenilunio, nemini non constat, veroque haud absimile, si hæc in humidis signis, aquario videlicet aut pisce, sive in siccis leone similibusque eveniant, pluvias inducere, seu afferre serenitatem. Sunt qui sola signa attendant, & qui vix putant, etsi non totam se prodat signorum operatio, apparere saltem in cælo eorundem, sive ad humiditatem, sive siccitatem, inclinationem. Ratio tempestatum vel maximè à mutatione ventorum dependet, de quibus Vates Regius hæc enunciat: *Qui producit ventos de thesauris.* quasi qui diceret, de absconditis suis, cum thesauri illic potissimum ubi securissimè lateant, asserventur. Cæterum, quo penitius singulis mensibus noscis quo die sol in signa Zodiaci ingrediatur, brevi, quæ sequitur, tabella exponimus.

Ta-

Tabula continens introitum Solis in XII. signa Zodiaci, ad singulos anni dies, nostro tempori conveniens.

Dies	Ian.	Febr.	Mart.	April.	May.	Iun.	Iul.	Aug.	Sept.	Oct.	Nov.	Dec.
1	21	22	20	21	20	20	18	18	19	18	18	19
2	22	23	21	22	21	21	19	19	21	19	19	20
3	23	24	22	23	22	22	20	20	22	20	20	21
4	24	25	23	24	23	23	21	21	23	21	21	22
5	25	26	24	25	24	24	22	22	24	22	22	23
6	26	27	25	26	25	25	23	23	25	23	23	24
7	27	28	26	27	26	26	24	24	26	24	24	25
8	28	29	27	28	27	27	25	25	27	25	25	26
9	29	30	28	29	28	28	26	26	28	26	26	27
10	30	Pisces	29	30	29	29	27	27	29	27	27	28
11	Aqua	2	30	Taur.	30	30	28	28	39	28	28	29
12	2	3	Aries	1	Gemi.	Canc.	29	29	30	29	29	30
13	3	4	2	2	1	1	30	30	Libra	30	30	Capr.
14	4	5	3	3	2	2	Leo	Virgo	1	Scor.	Sagit.	2
15	5	6	4	4	3	3	1	2	2	1	2	3
16	6	7	5	5	4	4	2	3	3	2	3	4
17	7	8	6	6	5	5	3	4	4	3	4	5
18	8	9	7	7	6	6	4	5	5	4	5	6
19	9	10	8	8	7	7	5	6	6	5	6	7
20	10	11	9	9	8	8	6	7	7	6	7	8
21	11	12	10	10	9	9	7	8	8	7	8	9
22	12	13	11	11	10	10	8	9	9	8	9	10
23	13	14	12	12	11	10	9	10	10	9	11	11
24	14	15	13	13	12	11	10	11	11	10	12	12
25	15	16	14	14	13	12	11	12	12	11	13	14
26	16	17	15	15	14	13	12	13	13	12	14	15
27	17	18	16	16	15	14	13	14	14	13	15	16
28	18	19	17	17	16	15	14	15	15	14	16	17
29	19		18	18	17	16	15	16	16	15	17	18
30	20		19	19	18	17	16	17	17	16	18	19
31	21		20		19		17	18		17		20

De observationibus certorum Festorum, & variatione tempestatis, ejusdemq; significatione, satis superque, parte prima Historici Nuclei diximus, quæ ipsa, non festis ut talibus adscribenda esse, nemo sapiens non novit, sed neque ad ipsammet diem referenda, sed cum latitudine, nimirum circa diem Cathedræ Petri, sive Festi S. Matthiæ, quod nimirum, circa id tempus maximè ordinariè mutationes contingans, ac dein, exempli gratia, si de novo magno frigore omnia coalescant & rigeant, id frigus ordinariè ad 30. sive 40. dies exporrigatur. Sic circa Vincenti & Conversionis Pauli, eum ordinariè succus ex radice, sese in omnis generis frutices & radices exporrigere & diffundere incipiat, inde Coloni de bonitate Authumni sive æstatis ominantur. De prima & septima januarij die sic Beda venerabilis.

Prima dies mensis & septima truncat ut ensis;

Alij sic habent:

Jani prima dies, & septima fine minatur.

Observanda insuper dies undecima Ianuarij, qua Sol aquarium ingreditur, signum humidum simul & calidum, quo tempore in Calendario etiam signum diei attendendum, & cum Aquario comparandum. Quinta decima januarij Halcyonidum dierum terminus est, quorum initium plerumque est sub octavam Decembris. Vigesimam Januarij, imo cujusque toto anno mensis, Theophrastus assignat, herbis colligendis accommodam, atque inde reliquas, ad usque mensium finem. Nonnulli primum septenarium mensis cujusq; herbis colligendis assignent, in usum infan-

infantiam & puerilis ætatis, proximos septem in usum adolescentum, tertium septuarium pro adultis utriusque sexus, ultimos 7. dies in usum senectutis.

Cæterum omni mense, observatio & coloris & ætatis Lunæ plurimum valet & demonstrat. Coloris quidem, ut versus habet:

Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.

Temporis autem sive ætatis Lunæ, inprimis observanda prima dies, sive nova Luna est, quam tamen etiam biduo, triduove antea se prodere, qualis futura sit, expertissimi ejusmodi rerum tradunt. Tertiæ autem Lunæ, quartæ & quintæ immutatæ, totum decursum Lunaris ætatis similem fore sibi pollicentur. Veteres Mathematici, non in dies singulos mutationem tempestatis in suis Calendarijs adnotarunt, sed solis 4. cursus Lunaris quadrantibus; quod his potissimũ mutuò aëris contingeret, & uti initio cujusque quadrantis se tempestas haberet, ita plerumque ad proximum usque quadruntem continuaret. Hoc inter, si subinde mutatio ex causis alijs interveniat, illa durabilis non est, sed facile denuo immutatur.

FEBRVARIVS.

A Februando dictus mensis. Februa autem per dies continuos duodecim mensis Februarij celebrabantur, quibus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis sacrificijsq; circa sepulchra accensis facibus, ce-

reisque intentus erat. Gemellus cum Januario menſis eſt. Decima Februarij Sol quidem ſignum piſcium ingreditur, verum ut menſe Januario obſervavimus, Aquarij tunc primum vel maximè operatio ad vertitur, & pro ſigni ratione, tempeſtas plerumq; turbida, humida, minusq; Salutaris ſuboritur. Inde ſuadent medici, quæ phlegmata avertunt ſive everrunt, cum hoc & ſequenti menſe varij plerumque morbi & febris plerumque & podagra vehementius graſſentur, Alaudam ajunt, quot diebus ante Purificationis audiatur, totidem deinceps conquieſcere, Tertia Februarij & exin Favonium ſeſe prodere ajunt, à fovendo dictum, ventum frugiferum, qui tellurem, & omnia germinantia quaſi animet reſulciterque.

Bachanalia ſerena ſummopere amat agricola, multumq; inde agris pollicetur. Quod fini hujus menſis plerique adſcribunt, cavendam nimirum auram eſſe, dum poſt longum frigus, & gelu terra incaleſcit, ob corruptas omnino & noxias ac pene peſtilentes exhalationes, hoc nos omni tempore fugiendum cenſemus etſi indubie verno tempore, priusquam ſolares radij majorem partim hyberni frigoris extraxerint conſumpſerintque, periculum majus eſſe cenſeatur.

MARTIVS.

Quem Romani à Marte menſem appellant, Hebræi à ſatione Adar vocant, quod nunc vel maxime coloni in ſationea agrorum occupentur. Rigidus plerumque menſis eſt, etſi qui optimus eſſe debeat Serenus & ſiccus commendetur. Alij hiſpido capite placere dicunt, ventre humidorum

luteoſo,

lutoſo, cauda aurea. Multa pluviæ Martio menſe terrent agricolas, nives autem denſiores frumento peſtiferæ.

Martius arva fodit, de vite ſuperflua demit.
Martis prima necat, cujus ſub cuſpide quarta eſt.

Duodecima Martij ſol in ſignum Arietis ingreditur, ſignum calidum ſimulque ſic cum, operatione vix altero menſe ſubſequente.

Æquinoctium vernum inprimis attendendum ratione valetudinis, quo alij morbi ſe produnt, alij nullo tempore, uti quartana, facilius & certius curari poſſunt, quod & de Solſtitio utroque eſt intelligendum. Martius menſis initium anni priſcis ſuis, quod eo orbis conditus eſſet, eoque ſingulis quaſi annis terra renovetur. Magnis mutationibus hic menſis atque inde ſenibus, tanquam cæteroquin debilibus, valde eſt metuendus. Cauſam affert Hippocrates lib. 3. Aphor. 1. *Mutationes temporum potisſimum pariunt morbos, & in ipſis temporibus, magnæ mutationes frigoris aut caloris, cæterumque adproportionem his reſpondentium, &c.*

De verni temporis adventu ciconia te docet & hirundo, quarū & ſcriptura meminit Jeremiæ 8. *Milvus in cœlo cognovit tempus ſuum, turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus adventus ſui &c.*

Veris autē attemperatio optima ſunt frequentes pluviæ & calor temperatus.

APRILIS.

Quasi Aprilis ab periendo terrarum, imo à partu rerum omnium vegetabilium sic dictus mensis, cum nunc arbores in folia, omnia parta hortiq; in flores erumpant. Aprilis humidus plerumque est, cum eo tempore, Pleiades, Hyades, Hædi & Orionis stellæ cum Sole exoriantur.

Prolifica in terrâ ut crescit natura vigetque,
Turget: & augmentum sic quoq; sanguis habet
Hunc igitur minuis, sis frugi rura frequenta
Insectare feras, insere, arato, sere.

24. Aprilis nisi prata omnia vireant, infæcunditatem anni Coloni omniantur. Quamdiu ante S. Marci ranæ Coaxant, tamdiu postea conticescunt.

12. Aprilis Sol Taurum ingreditur, quo tempore Hyades simul cum plejadibus in ore & intra cornua tauri oriuntur, inde plerumque multæ & frequentes pluviæ. Saturno autem interveniente, nives plerumque cum pluvijs alternant.

Denus & undenus est mortis vulnere plenus,
Beda

Si post S. Marci luna decrescens Saturno jungatur, viti illud, siquid uspiam pestiferum censetur.

MAIUS.

Majum à Maja alij, alij à Majoribus dictum volunt, nonnulli à Madio sive Madido, quod hic plerumque

plerumque Aprilem imitetur, rursumq; 24. ejusdem Hyades oriantur, quæ in ortu atque, & occasu pluvias moveant, terræ vel maximè salutares.

Tertius in Maja lupus est, & septimus anguis.

Beda.

Ajunt frequentis Maji tonitrua, sequuturi anni portendere sterilitatem.

S. Pancratij festum serenum Viticolæ optant.

12. Maji Sol Geminos ingreditur, signum calidum atque humidum & temperatum, quo tempore sanguis augetur & flavabilis.

Mense Majo, vina plerumque mutantur & variant, quo finito tunc primum liceat judicium ferre de ejus bonitate & durabilitate.

Si Vineæ floreant tempore plenilunij, copiosa Vindemia, & botri ubertas expectanda.

13. Maji, festum S. Servatij, solidum æstatis initium autumnant nec deinceps à frigore noxie metuendum.

IVNIVS.

Nomenclaturam Junij jam aliâs dedimus Mensis est, qui si humidos sit, necessario, & frumento & vitibus, imo & alijs fructibus sit perniciosus. Choleræ nutrix est mensis, uti & æstas universa.

9. Junij dies ante meridiem, dicitur decorticationi arborum apta, dummodo succus arbori adhærens non detergatur, eoq; modo ex infœcundis reddi frugiferas.

12. Junij Sol Cancrum ingreditur, assequutus summam sui in Cœlo cursus sublimitatem.

NB. Quando Procyonis occasus in Plenilunium Eclipticum die 5. Junij incidit, tunc omnes fruges læduntur, & vitis ex noxia est,

In Solstitio æstivo, omnia Salicum folia cum Sole vertuntur ipsumque respiciunt, uti & pomorum grana, quod & de oleis memoratur. Vite florenti noxiæ nunc pluviæ, nec hoc solum anno quo flores cum aquis defluunt, sed aliquot consequentibus annis minus fœcundæ redduntur.

IVLIVS.

Julij Cæsaris natalis mensis ab ipso cognominatus cum antea Quintilis diceretur, omnium calentissimus, calore cum à Leonis signo, tum caniculæ exortu conduplicato.

Terdecimus Iulij mactat, denus labefactat.
Beda.

Cæterum Canicula sub 13. Julij oritur juxta versiculum vetustum.

Margaris os canis est, caudam Laurentius addit.

Tullius de Divinatione, Caniculam in ortu turbidam pestem prænunciare asserit, claram autem anni salubritatem. Etesiæ hoc tempore calorem caniculæ mirè attemperant à Septentrione & nivosis montium cacuminibus aspirantes, & 40. fere dies durant. 14. Iulij Sol Leonem ingreditur, sub quo signo Physici abstinendum, quantum potest fieri, medicinis suadent, uti & dulcibus cibis atque condimentis, Sed & pituitam creantibus, Sunt qui sub eodem signo lactucæ venenum in esse censeant aliisque herbis, quæ tum aceto intersummos calores plerumque in usu sunt. Observandum autem ex Hippocrate, aliisque præstantissimis medicis, cum inter Leonis & Caniculæ calores debilis admodum sit

calor stomachi, ab accerosis & infrigidantibus nimiopere cavendum, uti & à valde calentibus cum calentia cæteroquin membra, facile febres acutæ & periculosæ possint corripere, & Hippocrates ante Canem, post Canem & sub Cane molestas esse curationes asseveret. Ajunt & à multo somno, & labore abstimendum. Nonnulla monet Camerarius, aliique.

Aeris ignifluos incendit Julius æstus.
Hoc brevior somno tempore danda quies,
Pharmaca, secturam venæ, merum, aromata, thermas
Abdica: Zythum mite vetusque bibe.

Intactæ maneant venæ; Fuge balnea & æstus, & tibi sit somni parva brevisq; quies,

Mensis hic Hebræis & Syris *Tamuz* dicitur, Chaldais & Ægyptijs *Mesori*. Persis *Mehar*, Arabibus & Sarracenis *Rigiabu*.

Kal. Iuli.

I. Q. Sulpitius Longus Cos. triumphat de Samnitibus. V. C. 439. Methagitnia Festa Apollini Sacra apud Athenienses, Unde & mensis hic Græcis μεταγειτνιών dictus est.

II. Pistorum Ientaculariorum Feriæ, Sacrum eorundem. Gravidis olim Festus dies. Gentilibus Ater dies. ex Cal. Rom.

III. Minervæ Sacer dies apud Græcos.

V. Dies inter Ægyptiacos numeratus.

VIII. Memorabilis & Lætissimus Romanis dies ob insignem è Tuscis relatam victoriam.

XIII. Circensium Lodorum initium, qui Ludi apud Elidem Arcadum initium sumpsere.

XV. Ado-

XV. Adonia Sacra ob Adonidis necem, Atheniensibus solemnissima, eo quod ab ipsàmet Venere instituta crederentur.

XVI. Trecenti hâc die ad Cremeram Hetruriæ Fabij cæsi sunt.

XXIV. Opigenæ, hoc est, Junoni Sacer dies, qua ipsi à prægnantibus terræ icunculæ offerebantur ut facilius partum emitterent. Sacer item Phœbe dies, quo mel novum è favis expressum in Sacris offerebant.

XXVI. Hoc die singulares Ludi Romæ celebrati, quos Votivos appellabant.

XXVII. Ludorum Votivorum in Circo continuatio. Dies Ægyptiacus, ob certum quendam astrorum aspectum.

XXVIII. Ludorum Votivorum continuatio.

XXIX. Ater dies Romanis & infaustus. Continuati tamen Ludi Votivi.

XXXI. Finis Ludorum Votivorum in Circo. Sacrum Canarium, quo Romani canes ruffas mactare solebant ad placandum Caniculæ Sydus frugibus inimicum.

Augustus.

Sextilis olim dictus, octo tamen ante Nativitatem Salvatoris annis solenmi Senatus decreto, ab Octavio Augusto, cognominatus mensis est, quem gemellum Julij esse per omnia oportet, utrumque aureum & verè Imperatorium, cum quod biduo menses non excoquunt, vix deinceps September possit suo calore, multo & remissiore & per dies breviore.

Prima

Prima necat fortem, sternitque secunda cohortem.
Beda.

Tonitrua, dum Luna in signo Virginis versatur multas pluvias præsignant, sepe ad 50. dies continuandas.

De Festis S. Laurentij, Assumptionis S. Bartholomæi jam Satis parte prima diximus.

Romulus huic mensi XXX. dies assignavit; Numa Pompilius dies tantum XXIX. donec Julius Cæsar anni circulum in melius dirigens, diu. XXXI. attribuit. Dictus ab Hebræis *AB*. quo etiam nomine Syri Chaldæi, & Ægyptij *Thot* appellarunt. Persæ *Aban* Arabes & Sarraceni *Scabab*, Babylonij *Eul* vocitant.

I. Augusti. Celebris Romanis olim dies ob triumphum Romuli quem in exordio Vrbis anno ejusdem conditæ XVI. de Camerinis egit Triumphat eadem die anno V.C. 462. Q. Fabius Max. de Samnitibus.

IV. Aug. Victoriæ Festum apud Romanos cujus simulachro ab Arcadibus advecto templum erectum fuit in colle Aventino.

V. Dies Romanis æque ac Græcis Sacer in honorem *Salutes* Deæ, quam illi in Monte Quirinali sanctè colebant; isti *Hygejam* vocavere.

VI. Celeberrima Romanis dies, cum C. Octavium Cæsarem Augustum vidit de Pannonijs, Dalmatis, Iapibus & Gallis triumphantem V. C. 724. triumphus duos quoque sequentes dies occupavit.

VII. Tri-

VII. Triumphat secundum Cæsar Augustus devicta Macedonia.

VIII. Tertium triumphat Augustus, subacta Ægypto, & superatis Antonio & Cleopatra.

IX. Faustus & celeber Romanis dies ob Victoriam quam Julius Cæsar ex Hispanis retulit, valida & divite Hispaniæ Vrbe Hispali capta.

X. Sacra Bellonæ, quibus omnia perstrepebant armis in Vrbe, & Sacerdotes humeros & brachia cruentabant.

XII. Charisteria celebrant Athenienses factum solemne, ob libertatem partam.

XIV. Faustus Græcis dies ob celebre Victoria quam Artabanus eorum Dux de Persis, & Cabrias Atheniensium Imp. navali prælio reportarunt.

XV. Nulla prorsus apud Romanos Græcos cæterosque Gentiles festi celebritas, nimirum quod hæc dies Virgini in cælos assumptæ incomparabili festinitati debebatur.

XVI. Solennis Romanis dies quo Romulus Equestria certamina in honorem Neptuni instituit. Celebris item ob Victoriam Lucij Ant, Poeti Proconsulis V. C 724. ex Africa relatam.

XVII Festum *Sacean* Babylonijs per quinq; dies solemnissimum, in quibus mos erat ut servi Dominis imperarent. Sed & Persis celebre, qui vinctorum aliquem, & mortis reum, per dies 5. Regem esse jubebant, & splendidè tractantes, sexta post denudatum & flagellatum suspende-

XIX. Hoc die Flamen Dialis Jovi Agnum sacrabit, & sic Vindemiam auspicabatur.

XXI. In hunc diem Consualia rejicit Rosinus sed perperam, cum illa Plutarchus, Festus alijq; ad XIV. Cal. Sept. rejiciant.

XXIII.

XXIII. Chalcea Festum Atheniensibus solemne quo Vulcanum honorabant.

XXIV. In Veteri Kalendario Marmoreo, de quo Rovinus, Goltzius, Masculus alijque *Lunæ* Festum hoc die consignatur.

XXV. Opi Consinæ, quam aliàs Rheam & Cybalem nominant, Sacer hic dies à nonullis ponitur, alij priore.

XXVIII. Famigeratus apud Romanos dies ob ædem Deæ Victoriæ in Curia Julia ab Augusto consecratam.

XXX. Dies Ethnicis infaustus, eo quod, hoc Mundus Cereris patere credebatur. Hinc nihil quod momenti alicujus esset aggrediebantur, quia totum sibi diem deposcerent Inferi Manes.

SEPTEMBER.

Septimus nimirum Veterum instituto mensis, quibus Martius primus & anni initium fuit. Mensem hunc magni faciunt Judæi pro ipsa numeri ratione, uti & septimum quemque diem, atque etiam annum suspiciunt & venerantur.

Tertia Septembris cum denâ fit malè membris.
Beda.

Mutatio tempestatis fine Augusti & initio, Septembris, & alternans cum frigore calor facilè varios morbos inducunt. Febres inprimis periculosas, qui uti verno tempore minùs periculosæ sunt, sic authumnali periculosissimæ, juxta illud.

Febres authumnales, diuturnæ vel mortales.

Inde consultissimum, medicamentis mala antevertere, matutinumque ac vespertinum frigus, vestibus sive fenestris arcere, donec paulatim corpus frigori asvescat, Ingredi-

Ingreditur Libræ signum fol. 13. Septembris estque denuo Æquinoctij ratio maxima habenda tam ratione morborum hoc tempore se prodentium, quam eodemmet præ alijs temporibus curabilium.

Pharmaca nil prohibet nunc sumere, scindere venam

Nec nunc externum vitet aromacibus.

Circa festum S. Lamberti Nuces avellanæ rubeæ, earumque frondes conserendæ sunt, nulloque alio anni tempore fœcundiores sapidioresque redduntur. Inde â nonnullis Lambertinæ dictæ. Solis in libram ingressus, sequuturam tempestatem prænunciat. Nives sive Augusti & initio septembris in montium jugis, serenitatem & calorem authumni indicat.

Hebræis & Syris *Elul*; Chaldæis & Ægyptijs *Thot*; Persis *Adar*; Arabibus & Saracenis *Ramad.* Quem Senatus in gratiam Imperatoris *Tiberium* appellari voluit, ipse autem intercessit, Domitianus autem frustra à se cognominari *Germanicum* exambijt.

I. Sept. Sacra Meditrinæ Deæ, quâ Venus Medicamentorum Dea intelligebatur. Hoc festo primum ac recens vinum libabatur, proclamante Flamine Martiali: *Novum vetus vinum bibe, novo veteri morbo medeor.* Eodem die apud Athenienses, omnesque Græcos Memacteria Sacra Iovi peragebantur.

II. Dies Ater, in Veteri Romano Calendario dicitur,

III. Minervæ Sacer dies apud Athenienses.

Idem Dies infaustus apud Ægyptios, ab iniquo aspectu Planetarum V. C. 458. Triumphat devictis Samnitibus 2: Feb. Max. Trullianus.

V. Sept. V. C. 310. M. Geganius Macerinus de Volscis, & 393. M. Fabius Ambustus Consul de Hernicis, & anno 587. L. Aemilius Consul de Perseo Macedonum Rege triumphat.

VI. Sept. Erebo Sacrificatum, ariete & ove nigra. Ex Vet. Kalend.

VIII. Sept. Dies Neptuno Sacer apud Athenienses. Eodem die Vulcani Sacra apud Græcos fuisse Masculus affirmat.

IX. L. Domitius Aurelianus Imp. nascitur.

X. Dies Ater in Veteri Rom. Kalend. notatur.

XI. Vltimum Circensium Ludorum diem hunc fuisse Masculus contendit.

XIV. Festum Equorum probandorum Romæ, quo juventus Romi à adocta, hodie sub Censura certorum Equitum publicè se probabat.

XV. Sacra Romæ *Summano* Deo, qui est Pluto, quasi *summus Manium* flebant, ut & *Iuventa* Deæ, quæ ab Hebe dicebatur.

XVII. Triumphat Romæ ob insignem partam de Perseo Rego ad Enipeum fluvium L. Aemilius Paulus Consul, V. C. 394.

XVIII. Sept. A. C. 99. Trajanus Imp. solemniter inauguratur.

XIX. Solemne apud Ægyptios Sacrificium, quod *Thobt* sive Mercurio fiebat, quod huic nomen Dei (*Thoth*) per antonomasiam tribueretur, quem & *Maximum* appellarunt.

XXI. *Dies*

XXI. Dies Ater & Ægyptiacus, infaustus & ominosus Chalcedonijs, ruina spectatissimæ Vrbis, & Civibus à Dario in servitutem abreptis.

XXII. Ludi Natalitij Romæ ob memoriam Augusti magna pompa quotannis celebrati.

XXIV. Anno V.C. 710. A. Cornelius Cossus de Samnitibus triumphat.

XXIV. Saturno & Mamæ ex instituto Herculis humanis victimis sacrificatum apud Carthaginenses, à quo ritu tamen Romani abstinuere.

XXVIII. L. Furius de Tiburtibus triumphat V.C. 415. Cæterum Ater dies habebatur.

XXX. Epulum Minervæ, ex Kalendario Romano Veteri, alij die sequenti.

OCTOBER.

Frigidus siccusque natura sua mensis est, idem medicando optimus.

Tertius est gladius; ut demus vulnere plectit.
Beda

Salutaris cæteroquin mensis, & multis commodis prægnans est, de quo Joachimus Camerarius.

Octobri offertur venatio vina, volucres
Vtere nec dubites non tenuisse modum.
Sic tamen, ut ne omnes nimio præcordia victu
Cumq; modo studeas non tenuisse modum.

Sol Scorpionem ingreditur 14. Octobris, quod signum frigidum simul est atque humidum.

Veni

Venti authumni vitibus valde noxij ſunt, præſertim ſi æſtas humida præceſſit.

Uva poſtquam maturuit, ultra ſex dies viti non eſt relinquenda, inde enim hæc creditur ſterileſcere, curandum tamen omnino, ne uvæ legatur pluvia tempeſtate.

Plejadum occaſus fine Octobris, ſequuturæ æſtatis propinquitatem, & contrarium prænunciat: Si enim pluviæ occaſum ſtellarum illarum antevertant, certum habetur præcocem ſequuturi anni fore æſtatem, & maturè occurſuram. Si cū ipſo occaſu pluerit, mediocritas nec nimis maturæ neque ſeræ æſtatis, pr nunciatur. Si poſt occaſum pluvioſa ſequatur tempeſtas ſperant coloni differendam quidem æſtatem, ſed cœlum inde effuſione nivium & frigoris perpurgandum.

October.

Hebræis *Tisri* Syris *Tisrin.* Chaldæis & Ægyptijs *Iaini* Perſis *Aban* Arabibus & Saracenis *Scheval* dictus. Adulatores olim *Domitianum Fauſtinum*. & *Invictum* appellarunt.

I. Octobr. Sacer Libero Patri dies. cujus Sacri Solemnia Val. Flaccus deſcribit in Argonaut. I. 2. Romæ anno V. C. 581. triumphat ex Corsica M. Cicerejus Proconſul. A. Chriſti 978 Ottho II. Imp. inſignem de Gallis triumphum reportat.

II. Oct. Ater & infauſtus Romanis ob incendium cœlitus emiſſum ſupra Domum Diocletiani Aug. quæ celerrimè abſumpta fuit.

III. Oct. Ægyptiacus & ominoſus Romanis dies Ex Vet. Calend. Rom.

IV Oct. Lemuralia ſacra, adverſus Lemures dæmones & larvas, inſtituta.

V. Oct. Mundus patere dicebatur, unde Dij Manes progrederentur, quibus hoc die Romæ in Circo Ara erigebatur, & per dies 6. Ludi Alemannici fiebant. V.C. 495. triumphat de Pœnis & Sardis C. Sulpitius Paterculus Consul.

VI. Oct. Infaustus & Fatalis dies Romanis eo quod ipso primùm Italiam ingressus Hannibal, obvia quævis obruerit.

VII. Oct. Pyanepsia Sacra apud Græcos in commemorationem adventus Thesei ex Creta Minotauro devicto, alij sequenti tribuit.

X. Oct. *Oscophoria*, Festa solemnia apud Athenienses sive Ramalia Apollini & Minervæ in honorem, quibus pueri ramis olivæ coronati & manibus gestantes munera à Magnatibus petebant.

XI. Meditrinalia Sacra hûc aliqui collocant contra multorum opinionem.

XII. Oct. Ludi Augustales, ob reditum Augusti ad Vrbem Sicilia, Græcia, Asia, Syria & Parthia compositis.

XIV. Oct. Jovi, ut vocabant, Servatori & Conservatori sacra fiebant; cujus & Ludi solemnes celebrabantur.

XV. Anno V.C. 21. Romulus de Veientibus & Fidenatibus triumphat.

XVI. Ludi Plebei, ab Ædelibus Plebis editi à quibus & Epulum dabatur.

XX. Dies Ægyptiacus, Feriæ Pastorum de quibus pervetus Calendarium Romanum.

XXI. *Pambœtia*, Palladis Sacra. *Panhellenia* Græcis, *Panionia* Ionijs dicta,

Eadem

Eadem Die Sacrificium Martis apud Lacedæmones, quo illi canem immolabant.

XXII. Chalcæa Sacra Vulcano sub velamine Minervæ apud Athenienses facta, quibus Mulciberi furorem lenire studebant, ne adversus eos arma conflaret.

XXIII. Oct. Liberi Patris Sacra, juxta Vetus Calend. Rom.

XXVII. Oct. C. Asinius Pollio ex Parthis triumphat anno V. C. 713.

XXVIII. Ludi Victoriæ, per dies continuos quinque, ista inchoati, instituente P. Cornelio Sulla, cum bellum civile finem accepisset.

XXXI. Oct. Lætus Romæ dies ob signem Victoriam & triumphum C. Pontinij Nepotis Proconsulis ex Allobregibus reportatum anno Vrbis condita 699.

NOVEMBER.

Mensis magnis corporum multationibus obnoxius, quo arbores folijs herbæ radicesque paulatim languescunt & succo spoliantur, quo animalia omnia atque inprimis homo, primi frigoris insolentia plurimum offliguntur, & ob constrictos poros conclusosque noxios vapores & humiditates haud minimum periclitantur.

Scorpius est quintus, & tertius, est nece cinctus.

Beda.

14. Novembris Sol intrat signum Sagittarij, natura suæ amarum & Cholericum.

Paulo

Paulo post Calendas Novembris Cor Scorpionis occidit signum humidum frigidumque, & quatriduo post Plejades se abscundunt, simulque fere pluvias post se relinquunt etsi à ventorũ variatione, hæ inclinationes sæpius præpediantur, & secunda æstas, quæ S. Martini vulgo dicitur consequatur. Primæ nives pluviosæ frugibus multum nocere creduntur, secus si terra frigore ad stricta sit, cum nives idem pro integrumento utiliter serviant. Eodem modo summè noxiæ sunt pluviæ, si paulo post frigore terræ congelatur.

Dum sacra Martini recolo, mox solis in ortu
Pleiades in gelidas præcipitantur aquas,
Illa dies toto fuerit, si nubila cœlo,
Inconstans frigus, turbida fiet hyems,
Sin vero Phœbus pelluxerit æthere claro
Intensum frigus, sicca sequetur hyems.

24. Novembris à Priscis Bruma dicta fuit, cui diei totum sequentem annum compararunt.

Prumam 7. diebus præcedunt totitemque sequuntur dies Alcyonij, quibus mare tranquillissimum est, eaque tranquillitatis occasione alcedo ovis incumbit. Vid. Aristot. lib. 4. Hist. animal. & Plutarchus. Silius Italicus libro 14.

Sonant Halcyones cantu nidosq; natantes.
Immota gestant, Sopitis fluctibus unda.

Mense Novembri, tonitrua, post ingressum Solis in Sagitarium, etsi vix eveniant, frumenti tamen abundantiam in montanis, penuriam in vallibus portendunt.

DECEMBER.

Frigidus omnino & rigidus mensis est
Capricorni signum Sol ingreditur die 13. Decembris

cembris, ſignum acre, melancholicum Solſtitiale & hyemale Solſtitio Hyberno ea obſervanda ſunt ratione morborum aliquot, cætero tempore incurabilium, quæ ſupra monuimus.

Septimus exſanguis, viroſus denus ut anguis.
Beda.

Tonitrua in Capricorni ſigno, multas pluvias prænunciant, Sed & turbines ventorum. Poſt Luciæ morbi Chronici graſſari deſinunt.

Sanæ ſunt membris calidæ res menſe Decembri.
Frigus vitetur, capitalis vena ſecetur
Lotio ſit rara, ſed vini potio chara.

De duodecim diebus & noctibus, cum ſequuturi anni menſibus comparandis ſatis ſuperque parte prima, Nuclei noſtri egimus: Sunt tamen qui dies illos à feſto S. Luciæ computandos dicant, incluſivæ ita ut ipſa S. Luciæ Januarium repræſentet, ſequens Februarium tertia Martium, & ſic de cæteris. Nos omnia ad manum & beneplacitum Optumi Numinis referimus, ipſumque cum Pſalte ventosde theſauris ſuis producere confitemur, aſtra inclinare, non neceſſitare agnoſcimus, Deumque immortalem tempeſtatum non minus, quam fortunæ & rerum omnium Dominum, in omnibus operibus ſuis laudamus ac benedicimus.

CALENDARIUM
POETICUM GENERALE

EXHIBENS PRÆCIPUARUM Stellarum fixarum, cum vero loco Solis, Ortus & Occasus Maturinos & Vespertinos, ad singulos dies totius anni in elevatione poli 51. graduum conscriptum.

Linea prima diem mensis indicat, proxima stellarum fixarum nomina, tertia Ortum & Occasum stellæ, ubi littera (m.) mane denotat, littera (u.) Vesperum, Linea quarta locum solis in signis Zodiaci repræsentat,

Dies	JANVARIUS.	Ortus & occasus.	Signum.
1	Med. cing. Orionis.	or. u.	♑
	Cingulum Bootæ.	or. u.	21
2	Ala Pegasi.	or. m.	22
	Pes sinister Orionis.	or. u.	22
3	Ult. cing. Orionis.	or. u.	23
4	Ensis Orionis.	or. u.	24
5	Humerus Aquarij.	or. m.	25
6	Humeri Geminorum.	occ. m.	26
	Caput Herculis.	oc. m.	
	Lucida Coronæ.	oc. u.	27
7	Caput Corvi.	oc. m.	
8	Auriculæ Leporis.	oc. m.	28
9	Asellus Borealis.	or. u.	29
10	Genu Orionis.	or. u.	30
1	Caput piscis Borealis.	or. u.	♒
[illegible]	Asellus Austrinus.	or. m.	2
	Præsepe.	oc. m.	3
[illegible]	Cornu Capricorni.	oc. u.	4
[illegible]	Cap. Geminorum.	oc. m.	5
[illegible]	Notius.	oc. u.	6
16	Palma Aquarij.	or. m.	7
17	Asellus Borealis.	oc. m.	8
18	Caput Gemini præcedēs.	oc. m.	9
19	Dexter humer' Herculis	oc. u.	10
20	Caput Centauri	oc. m.	11
21	Capricornus.	oc. u.	12
22	Brachiū sinist. Androm.	or. m.	13
23	Lucida in Cratere.	oc. m.	14
24	Cauda & rostr. Australi	oc. u.	15
25	Sirius.	or. u.	16
26	Cervix Leonis.	or. u.	17
27	Piscis Aquilæ.	oc. m.	18
28	Caput Aquilæ.	oc. u.	19
29	Urna Aquarij.	or. m.	20
30			
31	Aquilæ Ala.	oc. u.	21

Dies,	FEBRVARIUS.	or. & oc.	Signum
1	Comæ Berenices.	occ. u.	♒
2	Cor Leonis.	or. u.	23
3	Cor Leonis.	oc. m.	24
4	Humerus finist. Aquarij.	occ. u.	25
5	Cuspis Sagittæ.	occ. u.	26
6	Ala Corvi.	or. m.	27
7	Cauda Delphini.	oc. u.	28
8	Delphinus.	oc. u.	29
9	Urna & Genu Aquarij.	oc. u.	30
10	Canis majoris venter.	oc. u.	♓
11	Caput Aquarij.	oc. u.	2
12	Brachium Aquarij.	oc. u.	3
13	Collum Delphini.	or. u.	4
14	Os Leonis.	oc. m.	5
15	Cygni rostrum.	oc. u.	6
16	Caput Delphini.	oc. u.	7
17	Sirij cauda.	or. u.	
18	Cauda Leonis.	or. u.	9
19	Postrema in palma Aquarij.	oc. u.	10
20	Caput Pegasi.	or. u.	11
21	Caput Cygni.	oc. u.	12
22	Crura Leonis.	or. u.	13
23	Bootæ cingulum.	or. u.	14
24	Crus Persei.	or. m.	15
25	Crura Leonis.	oc. m.	16
26	Altera Vert. Virginis.	or. u.	17
27	Genu Aquarij.	or. m.	18
28	Piscis Merid.	oc. u.	19

Dies	APRILIS Mensis.	Ort.& oc.	Signum.
1	Dorsum Notij.	or. m.	♈
2	Dextra scapula Hercul.	or. u.	22
3	Brachium Herculis.	or. u.	23
4	Pedes Corvi.	or. u.	24
5	Humei⁹ sinist. Hercul.	or. u.	25
6	Piscis Borealis.	oc. u.	26
7	Caput & brachiumAndromedæ.	oc. u.	27
8	Caput Leporis.	oc. u.	28
9	Cauda Leonis.	or. m.	29
10	Pes Leporis.	oc. u.	30
11	Humerus Andromedæ.	or. m.	♉
12	Pes sinister Aurigæ,	oc. u.	1
13	Cornu Arietis.	oc. m.	2
14	PalmaOphiuchi.	oc. u..	3
15	Dorsum Andromedæ.	oc. u.	4
16	Pes Erichtonij.	or. m.	5
17	Caput Leporis.	oc. u.	6
18	Pleiadum minima.	oc. m.	7
19	Libra Borealis.	or. u.	8
20	Libra Australis.	or. u.	9
21	Cauda Arietis.	or. m.	10
22	Libra Australis.	oc m.	11
23	Brachium Ophiuchi.	or. u.	12
24	Pes sinilter Orionis.	oc. u.	13
25	Palma Ophiuchi.	or. u.	14
26	Deltoton.	oc. u.	15
27	Argo.	oc. u.	16
28	Tergum Leporis.	oc. u.	17
29	Cauda Arietis.	oc. u.	18
03	Rostrum cygni.	or, u,	19

Dies	MAJUS Mensis	Ort.&occ.	Signum.
1	Ensis Orionis.	oc. u.	♉
2	Vindemiator.	oc.m.	21
3	Cor Scorpij.	oc.m.	22
4	Pes Arietis.	or. m.	23
5	Canis major.	oc. u.	24
6	Baltheus Orionis.	oc. u.	25
7	Hyades.	oc. u.	26
8	Scorpius.	or. u.	27
9	Pes sinister Virginis.	oc. u.	28
10	Oculus Tauri	oc. u.	29
11	Cauda Aquilæ.	or. u.	30
12	Novissima Hyadum.	oc. u.	♊
13	Extrema Hyadum.	oc. u.	1
14	Cuspis sagittæ.	or. u.	2
15	LucidaLancisBorealis.	oc. m.	3
16	Famahand.	or. m.	4
17	Humer' dexterOrion.	oc. u.	5
18	Genu Ophiuchi.	or. u.	6
19	Ungula Pegasi.	or. u.	7
20	Cor Scorpionis.	or. u.	8
21	Pes Persei. [trum.	oc. u.	9
22	Orionis brachiũ dex-	oc. u.	10
23	Venter Ceti.	or.m.	11
24	Hyades.	or. m.	12
25	Aquila.	or. u.	13
26	Oculus Tauri.	or. m.	14
27	Caput Feræ.	or. u.	15
28	Manus Sagittarij.	oc. m.	16
29	Pes Serpentarij.	oc. m.	17
30	Brach.Gemini preced.	or. m.	18
31	Crus Persei.	oc. u.	19

JU-

Dies, JUNIUS Mensis	Ort.& occ.	Signum.
1 Delphinus.	oc. u.	♊
2 Pegasi Pedes.	or. u.	21
3 Pes dexter Gemelli poster.	oc. u.	22
4 Pes sinist. Gemelli seq.	oc. u.	23
5 Genua Tauri.	or. m.	24
6 Genu Ophiuchi.	oc. u.	25
7 Palma Opiuchi.	oc. m.	26
8 Pedes Ophiuchi.	oc. u.	27
9 Caput Gemelli preced.	or. m.	28
10 Pes Aurigæ dexter.	oc. u.	29
11 Equuleus.	or. u.	30
12 Arcturus.	oc. m.	♋
13 Crus Pegasi.	or. u.	2
14 Venter Hydræ.	oc. u.	3
15 Humerus Sagittarij.	oc. m.	4
16 Scapulæ Sagittarii.	oc. m.	5
17 Caput Sagittarij.	oc. u.	6
18 Genua Geminorum.	oc. u.	7
19 Caput Hydræ.	oc. u.	8
20 Nebulosa in Oculo Sagittarij.	oc. m.	9
21 Lucida Hydræ.	oc. u.	10
22 Humer⁹ sinist. Orionis	or. m.	11
23 Caput Pegasi.	or. u.	12
24 Scapula sinistra Andromedæ.	or. u.	13
25 Cervix & tergũ Sagitt.	oc. m.	14
26 Umbilicus & venter Gemelli seq.	oc. u.	15
27 Caput Andromedæ.	or. u.	16
28 Humerus dexter Or.	or. m.	17
29 Cervix Orion.	or. m.	18
30 Caput Anguis.	oc. m.	19

Dies	JULIUS Mensis	Ort.& occ.	Signum.
1	Brachium Herculis.	oc. m.	♋
2	Baltheus Orionis.	or. m.	19
3	Humerus Centauri.	oc. u.	20
4	Cingulum Bootæ.	occ. m.	21
5	Ala Pegaſi.	or. u.	22
6	Noviſsima Balthei Or.	or. m.	23
7	Enſis Orionis.	or. m.	24
8	Humerus Aquarij.	or. u.	25
9	Caput Herculis.	or. m.	26
10	Lucida Coronæ.	oc. m.	27
11	Auriculæ Leporis.	or. m.	28
12	Aſellus Borealis.	or. m.	29
13	Genu Or. & cervix Sirij.	or. m.	30
14	Caput Leporis.	or. m.	♌
15	Cancer.	or. m.	1
17	Aſellus Auſtrinus,	oc. u.	2
16	Præſepe.	or. Mat.	3
18	Cervix & cornu Capric.	oc. u.	4
19	Caput Leonis.	or. m.	5
20	Famahand.	oc. m.	6
21	Palma Aquarij.	oc. m.	7
22	Aſellus Boreus.	oc. u.	8
23	Cap. Gemellorũ præced	oc. u.	9
24	Dextra ſcapula Androm	or. m.	10
25	Caput Centauri.	oc. u.	11
26	Capricornus,	oc. u.	12
27	Andromedæ brach.	or. m.	13
28	Extrema in cratere.	oc. u.	14
29	Cauda & roſtrum Aquil.	oc. m.	15
30	Canis major.	or. mat.	16
31	Cervix Leonis,	or, m,	17

AU-

Dies, AUGUSTUS Menſ.		Ort.& occ.	Signum.
1	Aquila.	oc. m.	♌
2	Caput Aquilæ.	or. u.	19
3	Urna Aquarij.	or. u.	20
4	Aquilæ Ala.	oc. m.	21
5	Comæ Berenices.	or. m.	22
6	Baſiliſcus.	oc. u.	23
7	Baſiliſcus iterum.	oc. m.	24
8	Humer⁹ ſiniſt. Aquar.	oc. m.	25
9	Cuſpis ſagittæ.	oc. u.	26
10	Ala Corvi.	oc. m.	27
11	Delphini cauda.	oc. m.	28
12	Delphinus.	or. m.	29
13	Urna & genu Aquarij.	or. m.	30
14	Venter Sirij.	oc. m.	♍
15	Sagitta.	oc. m.	1
16	Caput Aquarij.	oc. m.	2
17	Brachium Aquarij.	oc. m.	3
18	Collum Delphini.	or. m.	4
19	Lucida Hydræ.	oc. m.	5
20	Roſtrum Cygni.	oc. m.	6
21	Caput Delphini.	or. m.	7
22	Cauda Sirij.	or. m.	8
23	Cauda Leonis.	oc. m.	9
24	Pectus Vulturis.	oc. u.	10
25	Caput Pegaſi.	oc. m.	11
26	Caput Cygni.	or. m.	12
27	Crura Leonis.	or. m.	13
28	Bootæ cingulum.	or. m.	14
29	Venter Virginis.	or. m.	15
30	Crus Perſei.	or. u.	16
31	Altera in vertice Virg.	or. m.	17

SE-

Dies	SEPTEMBER Mensis	Ort. & occ.	Signum.
1	Stella in oculo Virginis	or. m.	♍
2	Piscis Austrinus.	oc. m.	19
3	Cauda Piscis Borealis.	or. m.	20
4	Collum Pegasi.	occ. m.	21
5	Caput Virginis.	oc. u.	22
6	Argo.	or. m.	23
7	Cervix Leonis.	oc. u.	24
8	Vindemiator.	or. m.	25
	Τροτρογητης.	or. m.	26
10	Vngula Pegasi.	oc. m.	27
11	Crus Aquarij.	or. u.	28
12	Arcturus.	or. m.	29
13	Crater.	or. m.	30
14	Ala Pegasi.	oc. m.	♎
15	Caput Leonis.	oc. u.	1
17	Cauda Piscis Austrini.	oc. u.	2
16	Vertex Virginis.	oc. u.	3
18	Stella in fronte Arietis.	or. m.	4
19	Lucida Coronæ.	or. m.	5
20	Venter Ceti.	oc. m.	6
21	Cauda piscis Austrini.	or. u.	7
22	Novissima Cor. Bo.	or. m.	8
23	Bootæ pes dexter.	or. m.	9
24	Caput & pedes præ.	or. u.	10
25	Spica Virginis.	oc. m.	11
26	Crus Pegasi.	or. m.	12
27	Pes Persei,	or. u.	13
28	Caput Anguis.	or. m.	14
29	Vngula Pegasi.	or. m.	15
30	Caput Corvi.	or. m.	16

Dies	OCTOBER Menſis.	Ort.& oc.	Signum.
1	Corvus.	or. m.	♎
2	Nodus Piſcium.	oc. m.	18
3	Spica Virginis.	or. u.	19
4	Oculus virginis.	oc. u.	20
5	Notij dorſum.	or. u.	22
6	Humer' ſiniſterHercu-lis.	or. m.	21
7	Brachium præced.	or. u.	23
8	Pedes Corvi.	or. m.	24
9	Humer' ſiniſterHerculis	oc. m.	25
10	PiſcisBorealis.	oc. m.	26
11	Caput & brachiū Andro-medæ.	oc. m.	27
12	Caput Ceti.	oc. u.	28
13	Cauda Leonis.	oc. m.	29
14	Pes Leporis.	oc. m.	30
15	Scapula Andromedæ Siniſtra.	oc. m.	♏
16	Cornu Arietis.	oc. u.	2
17	Palma Ophiuchi.	oc. m.	3
18	Dorſum Andromedæ.	or. u.	4
19	Pes Erichtonij.	[illegible]. m.	5
20	Caput Leporis.	oc. m.	6
21	Scapula dextra Andromedæ.	or. m.	7
22	Caput Herculis.	or. m.	8
23	Libra Auſtralis.	oc. m.	9
24	Auriculæ Leporis.	or. u.	10
25	Chelæ Auſtrinæ.	or. m.	11
26	Ophiuchi brachium.	or. m.	12
27	Pes Orionis ſiniſter.	or. m.	13
28	Palma Ophiuchi.	or. m.	14
29	Deltoton.	oc. m.	25
30	Cingulum Andromedæ	oc. m.	16
31	Tergum Leporis.	oc. m.	17

Dies, NOVEMBER, Menſ.		ort & oc.	Signum.
1	Cauda Arietis.	oc. m.	♏
2	Roſtrum Cygni.	or. m.	19
3	Enſis Orionis.	occ. u.	20
4	Vindemiator.	occ. u.	21
5	Cor Scorpionis.	or. u.	22
6	Pes Arietis.	oc. m.	23
7	Sirius.	oc. m.	24
8	Cingulum Orionis.	oc. m.	25
9	Hyades.	or. m.	26
10	Scorpius	oc. m.	27
11	Plejadum minima.	oc. m.	28
12	Oculus Tauri.	or. m.	29
13	Cauda Aquilæ.	oc. m.	30
14	Ultima Hyadum.	oc. m.	♐
15	Cuſpis ſagittæ.	or. m.	2
16	Lucida Libræ Borealis.	oc. u.	3
17	Notius.	or. u.	4
18	Humerus dexter Or.	oc. m.	5
19	Genu Ophiuchi.	or. m.	6
20	Ungula Pegaſi.	or. m.	7
21	Cor Scorpionis.	or. m.	8
22	Perſei pes ſiniſter.	oc. m.	9
23	Venter Ceti.	or. u.	10
24	Hyades.	or. u.	11
25	Aquila.	or. m.	12
26	Oculus Tauri.	or. u.	13
27	Caput Feræ.	or. m.	14
28	Manus ſagittarij.	oc. u.	15
29	Pes Ophiuchi dexter.	or. u.	16
30	Brachiũ Gemini præc.	or. u.	17

DE-

Dies	DECEMBER, Menſis.	Orr. & oc.	Signum.
1	Crus Perſei.	oc. m.	♐
2	Delphinus.	or. m.	20
3	Pedes Pegaſi.	or. m.	21
4	Pex dexterGemini ſeq	oc. m.	22
5	Pes ſiniſt. Gemini ſeq.	occ. m.	23
6	Genua Tauri.	or. u.	24
7	Canicula.	occ. m.	25
8	Pedes Gemini præced.	oc. m.	26
9	Caput & HumeriGem. præc.	or. u.	27
10	Manus Orionis ſiniſtra	or. u.	28
11	Aquuleus.	or. u.	29
12	Crus Pegaſi.	or. m.	30
13	Arcturus.	oc. u.	♑
14	Venter Hydræ.	or. m.	2
15	Humerus ſagittarij.	oc. u.	3
16	Scapula ſiniſtra ejusd.	oc. u.	4
17	Caput ſagittarij.	or. m.	5
18	Geminorum genua.	oc. m.	6
19	Caput Hydræ.	oc. m.	7
20	Nebuloſa in oculo Sagittarij.	oc. u.	8
21	Lucida Hydræ.	oc. m.	9
22	Siniſt. humerus Orion.	or. u.	10
23	Scapula ſiniſt Androm	or. m.	11
24	Cervix & tergũ Sagit.	oc. u.	12
25	Caput Andromedæ.	or. m.	14
26	Humerus dext. Orion.	or. u.	15
27	Cingulum Andromed.	or. m.	16
28	Caput Anguis.	oc. u.	17
29	Brachium Herculis.	oc. u.	18
30	Cingulum Orionis.	or. u.	19
31	Humerus Centauri.	oc. m.	20

CALENDARIUM HISTORICUM,

Sive potius

CALENDARII HISTORICI AUCTUARIUM.

Quotidiano usui accommodum Oratoribus, Poëtis.

Omniq́ue hominum Statui, cùm jucundum, tum utile,

In quo

Rerum Memorabilium Eventus Virorum Illustrium Nativitas, Obitus, aliq́ue notatu digniora, ad eosdem, quibus evenerunt Dies, referuntur.

Authore R. P. Gabriele Bucelino.

CALENDARIVM HISTORICUM.

IANVARIVS.

A. I. Leo Imperator Orientis, cognomento Philosoph. moritur, Año 911 A.C. 1117. ingẽs terræ motus tota penè Europa maximè per Italiam, Angliam, Boemiam, cum ventorum turbine grandine & flumine, mœnia, turres, altisſima ædificia invertit, multis pasſim hominũ millibus oppresſis, A. C. 1422. Ziſeka Bohemorum rebellium Dux Sigiſmundum Imperatorem penè opprimit. 1448. Laurentius Mediceus Princeps Florentinus & 1484. Udalricus Zwinglius, in valle Duræ in Helvetia, ſed anno 1554. Ludovicus Dux Wirtenbergiæ Calendis Ianuarijs naſcuntur, 1556. In Thuringia, Miſnia & Bohemia metuenda tempeſtate, 24. Eccleſiæ fulmine tanguntur 1575 In polonia grandes exercitus in aëre ſpectantur, ſanguinis guttis in terram defluentibus, 1584. Ingens per Franconiam tempeſtas, atque inde metuenda inundatio, 1588. Robertus Gulielmus Dux Bullionij extinguitur, 1615 Dorothea Duciſſa Brunſvicenſis cum Chriſtiano Wilhelmo Marchione Brandeburgio, & anno 1618. Anna Sabina Duciſſa Holſatiæ cum Julio Friderico Duce Wirttenbergenſi jungitur.

B. II. A.C. 1117. Pergit Terræ motus Angliam multasque alias Europæ regiones horribiliter concutere, & nobilisſimas arces cum elidere, tũ ſubvertere, multa ſ ædificia integra longius transferre.

C, III, 1117. Idem terræ motus mira nonnullibi

bi efficit, in Saxonia etiam, Misnia, Bohemia latè sævit, mortalibus mirum in modum perculsis, 1424 Jacobus Sfortia miserè mergitur, dum in Aterno fluvio periclitâti armigero puero succurrere parat, 1571 Ioachimus II. Elect. Brandeburgius moritur.

D. IV. Anno Christi 638 Aiclus Lageniæ in Hibernia Rex Sanctè moritur, 1013 Lubentius Bremensis Archiepiscopus conversione gentium, meritissimus extinguitur, 1563 Elisabetha filia Wilhelmi Senioris Landgravij Hassiæ vita excedit.

E. V. Anno 881. Saraceni, duce Scodare Italiam invadunt, & hac die in solo S. Vincentij ad fontes Vulturni Monasterio, nongentos Cænobitas Martyrio afficiunt, 1016. Cnuto Rex Daniæ magna cum classe Daniam invadit, 1053. Rhesus frater Griffini Regis Walliæ mactatur, & caput Regi Angliæ affertur, 1192. Henricus Marchio Tangermundanus moritur, 1337. Christophorus Dux Mechelburgius, & 1450. Christophorus Dux Bavariæ nascitur, 1543. Monstrum horribile in Bohemia hac die editur, infans flamantibus oculis pedibus anserinis, cum cauda scorpionis, in cujus pectore caput simij, in utroque cubito caput canis apparebant, non ultra tamen quatuor horas vitam produxit.

F. VI. Anno Christi 1066. Haraldus Rex Angliæ solemniter coronatur, 1328. Ludovicus Bavarus Romæ Imperij coronæ

ronæ redimitur. 1424. Ioannes Bavarus Hollandiæ Comes moritur. 1497. In Polonia inaudita ventorum vis ædes disjicit, munitiones prosternit, turrim aliquam cum 5. campanis, mira violentia transfert. 1524. Moritur Æmilia Pomeraniæ Ducissa Georgij I. conjux lectissima, Com. Palat. 1524. Fridericus Rex Daniæ Coppenhagam expugnat. 1538. Anabaptistæ Ioanni Böck sartori sese subijciunt. 1561. Catharina Saxonum Ducissa, Georgij Uxor moritur è familia Mechelburgia. 1572. Vistula fluvius triduum totum sanguine defluit. 1592. hoc eodem die & anno Wilhelmus Dux Cliviæ & Ioan. Casimirus Comes Palat. Rheni moriuntur. 1614. Wilhelmus Leopoldus Archidux Austriæ Ferd. II. filius, tertij frater nascitur.

G. VII. Anno Christi 925. fit initium primorum Ludorum Equestrium Magdeburgi celebratorum. 1545. Eberhardus Dux Wirtenberg. & anno 1582. Magdalena Brandeburg. Uxor Ludovici Landgravij Hassiæ nascitur. 1583. Maria Saxon. Duc. Philippi Pomeraniæ Ducis coniux defungitur. 1629. Fridericus Henricus, Friderici V. Elect. Palat filius, coronatus Bohemiæ Rex Harlemi aquis mergitur 1634 Sophia Leonora Hass. Landgr. Ux. Wilhelm Landgr. Hass. & 1647. Wilh. Ludovicus Dux Wittenbergiæ, nascuntur. 1650. Ludovicus Princeps Anhaltinus in Gotha moritur.

A. VIII. A. C. Fridericus III. Comes Palat. Saxoniæ Uxoris scelere occiditur. 1487. Udalricus Wirtenbergensis nascitur, & anno 1529. Ioan. Fridericus II. Saxoniæ Dux. 1537. Alexander Medicæus, à cognato, altum dormiens gladio

ctio per costas adacto miserè perimitur, 1557. Albertus Brandeburgius Princeps Aspacensis moritur, 1558. Henricus II. Caleto potitur, 1570. Catharina Brandeb. cum Ioachimo Friderico ElectoreBrandeb. jungitur, 1588. Vita exceditIoan. Georgius Elector Brandeburgius.

B. IX. 1356. Agnes Com. Palat. magna solemnitate Carolo IV. Imper. nubit.1499. Joannes Elector Brandeburgius vita excedit, 1505. Joachimus ElectorBrandeburgius nascitur. 1572. Thoræ in Brusia, grando latè Provinciam pessundat, lapidibus virilis capitis magnitudine, decē librarum pondera, cælo cadentibus.

C. X. Anno Christi 71. Orta Romæ ingens tempestas, Provincia visa est fuisse grandis seditionis, 1288. Bello cum Gunthero Magdeburg. Archiepiscopo, Joannes II. Elector Brandeburg. cum fratre capitur, 1514. hac die, an pridie tactis fulmineVenetijs mille circiter ædes exuruntur, 1526. Solemnißimas nuptias celebrat Carolus V. cum Isabella Regis Portugalliæ filia, 1603. nascitur Sibylla Christina Princeps Anhaltina. 1645. Wilhelm. Laud Archiepisc. Cantuar. tanquam proditor decollatur.

D. XI. 997. Petrus Ursceolus Venetorum Dux, Basilicæ S. Marci Conditor, qui pretiosißimam illam ex auro gemmisque tabulam Principe in ara collocavit, Monachus moritur, 1529. Ignes in aere conspecti, simulque quatuor Cameræ sese mutuo respectantes, 1537. Ioannes Saxoniæ Dux, & 1546. Ernestus Dux Brunsuicensis, moriuntur. 1651. Carolus Fridericus Marchio Badenus nascitur,

E. XII. 793. Dani Angliam grandi classe infestant, & hoc die Lindisfarnum occupant, fœdè grassati, 915. moritur Angilberga Imperatrix, Ludovici II. Imp. conjux ab ipso innocens repudiata, monasticen ab ejus morte professa, 1550. obiit Andreas Alciatus Jurisconsultus celeberrimus, 1604. Sophia Agnes Hassiæ Landgr. Uxor Ioan. Frid. Palat. Sulzbac. nascitur, & anno 1625. Sophia Agnes Ducissa Megapolitana.

F. XIII. Grandi seditione anno Christi, 533. exercitus Justiniani Imp. Constantinopoli tumultuatur, intra triduū, ad 40000. mutua cæde cadentibus, 1059. Romanus cognomento Diogenes Orientis Imperator solemniter coronatur, 1571. Ioannes Marchio Brandeburg. moritur, 1610. Maria Anna Electoris Bavari conjux Ferd. II. Imp. filia, tertij soror nascitur.

G. XIV. 1546. Horribili ferè terræ motu, Asia & Africa concutitur, quo celeberrimæ urbes Tripolis, Famaugusta, Ioppen, Damascus, & Ierusalem, magna ex parte conciderunt, mare autem nonnullis locis refugiens, alijs terras inundans, urbes pagosque mergit, multis mortalium millibus suffocatis, 1560. Aloysius Princeps Gonzaga moritur anno ætatis nonagesimo.

A. XV. 696. Memorabili pietatis in hostem exemplo Bamba Visigotthorum in Hispania Rex potentissimus idemq; victoriosissimus, ab Eruigio intoxicatus Regnoque detrusus, cui recepta valetudine ad Regnum revocaretur, Eruigium Reguo donans, cucullum prælegit, in quo plures annos vivens hac die moritur, 1175. Vladislaus Ungariæ Rex exauctoratus vita excedit, 1242. Albertus Comes Bogensis obiit, 1315. Fridericus Claudus Marchio Misniæ in expugnatione arcis

Zwencanæ sagitta traject⁹ occûbit, 1546. Hegvv. Wirtemberg. Ux. Lud. Senioris Landgr. Hass. nascitur, 1582. Pax inter Polonos & Moscos sancitur.

B.XVI. A.C. 316. Roma horrendo terræ motu agitatur, 543. Totila viginti Cæsareanorum millia profligat, 1323. Ottho Land. Haf. moritur, & anno 1458. Ludov. itẽ Land. Haf. cogn. Mitis, 1463. Frid. III. Elect. Sax. nascitur, 1475. Stephan⁹ Moldaviæ Princeps Turcas feliciter profligat, 1517. Selymus Turcarum Imp. Alcayro potitur, 1534. Barbara Poloniæ Regis filia Ux. Georgij Sax. Du. moritur.

C.XVII. A.C. 782. memorabili omnino tuendæ Virginitatis exemplo in Hispania, finibus Carpentanorum ad Tagum flumen, Monasterio quodam, lectissimæ Virgines, Deo exorato, ne à Mauris fœdarentur potius vivæ à terra absorberentur ita repente terræ hiatu cum monasterio absorptæ sunt, certis exin horas, eodem quo ante campanæ signo, ad laudes Deo cantandas convocari auditæ

D.XVIII. A.C. 765. Utilo Bavariæ Dux potentissimus vita excedit, 1155. In Burgundia ingens terræmotus tertia vice terram horrendũ concussit, inde fames ac pestis consequutæ, 1256. Tristissimo exemplo Maria Brabantiæ Ducissa innocens à Ludov. Bavaro marito decollari jubetur, 1463. Frid. Sapiens Elect. Sax. nascitur, 1547. Pet. Bembus venetus S.R.E. Card. vir doctus moritur. 1595. Magno metu Christianos morte sua liberat Amurathes Imp. Turcarum extinctus.

E.XIX. 1262. Beatrix Princ. Atestina, Azonis, IX. Potentissimi Principis filia, prodigiosæ virtutis Heroissa moritur, 1497. Ioannes Siciliæ & Aragonum Rex mortalibus valedicit, 1525. Isabella Archiducissa Regina Daniæ extinguitur.

F.XX. 1147. Moritur Ramirus Aragonũ Rex idẽ bis Rex, conjunx Monach⁹ Sacerdos, Abbas & pon-

1235. Henricus Angliæ Rex nuptias celebrat cum Alionora Comitissa Provinciæ. 1492. Ingens ventorum turbo per Saxoniam, Dresdæ turris arcis cum haud minima ædificiorum strage concidit, 1503. Ludmilla Friderici Ducis Lignicij Vxor extinguitur, 1520. Tres soles Viennæ conspiciuntur, 1538. Basilia tremisset terræmotu, 1606. obijt Sybilla Elisabeth. Wirtenberg. Vxor Joan. Georg Elector. Saxoniæ.

G. XXI. 676. Ermenburges Cantiæ Regina ac demum Abbatissa multis præclare gestis illustrisſima moritur, 882. Ludovicus Rex Ludovici Germanici filius extinguitur, 912. Ludovicus IV. Imperator, ultimus lineæ Carolingæ vita defungitur, 1277. Galeatius Vicecomes nascitur, à multo gallorum cantu dum ederetur passim exaudito cognominatus, 1335. Beatrix Gonzagica Vxor Nicolai Principis Atestini ad æterna emigrat, 1394. Fridericus III. Burggravius Norimbergensis obijt, 1494. Turbines ventorum totā jactant Misniam, quibus robusta S. Petri turris Freybergæ deijcitur, 1641. Bernardus Sigismundus Dux Mechelburgius nascitur.

A. XXII. 1458. Matthias Ungariæ Rex in carcere salutatur, & magna pompa educitur, 1559. Carolus Lotharingiæ Dux solemni pompa conjugem ducit claudiam Henrici II. Galliarum Regis filiam, 1572. Magno terræmotu Augusta Vindelicorum concutitur, 1573. Antonius Dux Slesvicensis, eodemque anno & die, Antonius Comes Altenburgius moriuntur, 1579. nascitur Maria Brandeb. Ducissa Borussiæ Vx. Christiani March. Brandeburgij Culmbacensis.

C. XXIII. 1201. Iaroslaus Episcopus Vratis-

lavienfis Dux Silefiæ impius extinguitur, 1260. Bernardus Comes Lippiæ Livoniæ celebratus, 1549. Luchinus Vicecomes moritur.

C. XXIV. Maximilianus Archidux Auftriæ à Polonis Rex electus, ab ijsdem hac die anno 1588. profligatur, capitur, & fequi annum fere detinetur, 1597. Mauritius Naffovius prope Turnhutum Hifpanos profligat, cæfo fupremo copiarum Duce Comite Varrafio, ac bis mille ac ducentis equitibus, 38. peditum vexillis ereptis.

D. XXV. Anno Chrifti, 499. Clodovæus Magnus Galliarum Rex, magno omnium Chriftianorum plaufu à S. Remigio baptizatur, 577. Childebertus Rex Auftrafiæ inauguratur, 750. Leo Copronymi Imperatoris Conftantinopol. filius nafcitur, 1342. Terribilis fluviorum per Italiam, Galliam Germaniam, folutis repente per alpes nivibus inundatio qua nobiliffimi pontium disrupti, multa mortalium millia merfa fuerint, 1345. In Palæfthina & Venetijs multæ egregiæ turres & ædes terræ motu corruunt, 1548. In Germania, Vngaria, Italia terræ motu mira & horrenda collifio, quo viginti quinque urbes, & multa robuftifsima caftra concidêre, duravit concusfio ab hac die ufque 14. Febr. fepe tres integras horas continuata, 1526. Adolphus Dux Slefvicenfis nafcitur, 1595. In Franconia ex monte quadam farina eruitur, 1630. Ludovicus Landgravius Hasfiæ Darmftadenfis nafcitur.

E. XXVI. 670. Bathildis Galliarum Regina Clodovæi Regis Vxor Pacis conciliatrix, cucullo felicior quam Regno moritur, 947. Eodem die Editha Otthonis Magni Imp. conjux lectisfima nata Angliæ Regina extinguitur, 1160. Conra-

dus Palatinus Cremam expugnat, 1531. Terræmotus Rhætiam atque Helvetiam vehemens concitat, 1597. Ioann Philipus Comes Altenburgius nascitur, 1631. Ludovicus Fridericus Dux Wirtenbergius Comes Mompelgardensis extinguitur.

F. XXVII. Anno Christi 1074. Dux columnæ circa solem, magna omnium intuentium admiratione, apparent, 1466. Durante bello Bohemico, Equestri Ordini hac die 7000. à Samoitis cæsa, 1546. Joachim Fridericus Elector Brandeburgius nascitur, Eodem die & anno Sophia Lignicensis Ioan. Georgij Electoris Brandeburgij Uxor in partu extinguitur, 1547. Anna Imperatrix Ferdinandi I. Imp. conjux Augusta vitam deserit.

G. XXVIII. 898. Carolus cognomento Simplex Galliar. Rex inauguratur, 1204. Alexius IV. cogn. Angelus Orientis Imperator strangulatur, 1507. Ferdinandus Princeps Gonzaga nascitur, 1551. Vlisipponæ in Portugallia magno terræmotu ducentæ ædes corruunt, mille ferè mortalibus oppressis, 1596. Franciscus Dracus, novarum terrarum repertor moritur.

A. XXIX. Anno Christi 888. Dani igne ferroque Brittanniam populantur, 1547. Hac primum die Annam Ferd. I. Imp. conjugem nonnulli extinctã contendunt, 1547. Ludov. Frider. Dux Wirtembergiæ nascitur, 1608. Fridericus Dux Wirtenbergiæ moritur.

B. XXX. 1294. Magnus ille Doctor Alanus ab Insulis, conversus Cistercij moritur, anno ætatis, 116. qui in pleno 1180. Patrum Concilij Rom. concessu, Sectarios disputando profligans, diu incogni-

incognitus, à victo audijt: Tu vel diabolus es vel Alanus, respondit: Non diabolus, sed Alanus, 1550. Moritur Magnus Princeps Mechelburgij, Episcopus Suerinensis, 1578. Ioannes ab Austria Ordinum copias ad Nivellam profligat, 1581. Christianus Marchio Brandeburgius Culmbacensis nascitur, 1595. Memorabilis inundatione, 16. ulnarum incremento Rhenus excrescit, & magnam terris infert vastitatem, 1649. Carolus Angliæ Rex decollatur.

C. XXXI. A.C. 734. Luna tota cruenta mox & nigra apparet, 1308. Azo, eo nomine decimus Marchio Atestinus, Princeps, celeberrimus moritur, 1570. Dorothea Ducissa Brunsuicensis filia, Wilhelma nascitur, 1580. Henricus S. R. E. Cardinalis ultimus Regum Lusitaniæ moritur.

FEBRVARIVS.

D. I. A.C. 1106. ab hac die & multis deinceps stellæ in firmamento discurrere visæ sunt, 1172. Ladislaus contra Stephanum Ungariæ Regem pugnans occumbit, 1211. Adela Marchionissa Misnensis, Primislai Regis Uxor moritur, 1294. Ludovicus Bavariæ Dux vita excedit, 1510. Zdena Georgij Regis Bohemiæ Vxor extinguitur.

E. II. Anno Christi 381. Gratianus Imp. Germanos prope Argentoratum profligat, 35000. cæsis, reliquis in fugam actis, 1241. Prælio Lincolniensi Stephanus Angliæ Rex capitur, 1282. Festo Purificationis, prævertente æstatem hyemis calore, in rigida etiam Helvetia cerasa & pruna maturuêre & poma prunorum magnitudine vissa sunt, 1325. Andronicus Junior solemni pompa Collega Imperij renunciatur,

 1346.

1346. Magna Strage Lithuani ab Ord Teutonico cæsi sunt, 1349. Fridericus cogn. Gravis Marchio Misnensis moritur, 1468. Bernardus VI. Comes Ascanius Princeps egregius vita excedit, 1576. Temesvverium fulmine tactum, succenso pulvere tormentario totum disijcitur & exuritur. 1626. Leopoldus Ludovicus Com. Palat. Rheni in Lauteregg nascitur.

F. III. 865. Magnus ille Septentrionis, Daniæ Norvegiæ, Sueciæ. Apostolus S. Ansgarius è Monacho Corbeiæ, Bremensis Archiepiscopus trium Regum conversione meritissimus moritur: 1014. Sueno sive Suanus Daniæ Rex, Angliæ Tyrannus, Sacrilegiorum dat pœnas misera morte abreptus, ubi peccaverat, 1116. Colmannus Ungariæ Rex, & 1290. Henricus Bavariæ Dux, & 1337. Henricus Austr. Arch. & 1478. Leonora Navarræ Regina moriuntur.

G. IV. Anno 856. Æternum Germaniæ decus Rhabanus Maurus ex mon. & Abbate Fuldensi Mogunt. Pontifex, Armarium Scientiarum dictus extinguitur, 888. sive 889. Magnum iterum Aquilonis sydus S. Rembertus Bremensis Archiepiscopus cælo infertur, Suecis Gotthisque ab idololatria conversis, & trico eorum Rege baptizato meritissimus, 1016. In Bohemia sanguis incisis panibus emanasse memoratur, 1147. Conradus Imp. cum ducentis millibus solvit hac die in terram sanctam, 1311. Joannes Lucelburgius Rex Bohemiæ inauguratur, 1491. Dux Wirttenbergiæ Georgius Mompelgartensis nascitur, & anno 1578. Julius Augustus Dux Brunsuicensis. Idem dies natalis fuit anno 1622. Christiano & 1633. Ludovicæ Christinæ. Landgravijs Hassiæ.

A. V.

A. V. 1156. Conradus cognomento Magnus Lusatiæ Marchio vivere desinit. Idem dies supremus fuit anno 1464. Margaritæ Friderici II. Electoris Saxoniæ conjugi, & anno 1634. Annæ Mariæ Ostfrisiacæ, uxori Adolphi Friderici Ducis Mechelburgij.

B. VI. Anno Christi 662. S. Amandus ex Aquitaniæ Duce Ogyæmonachus, Traject. Episcopus Tungrorum, Eburonum, Brabantorum & Vasconum Apostolus moritur, 1265. Manfredus Nothus Rex Siciliæ à Carolo Andegavensi profligatus occumbit. 1424. Sigismundus Imp. Electoratum Sax. Friderico Marchioni Misniæ confert, 1552. Henricus Dux Mechelburgius, & 1591. Sophia Ducissa Borussiæ Uxor Joan Alberti Ducis Mechelburgij moriuntur, 1620. Fridericus Wilhelmus Elector Brandeburgius nascitur.

C. VII. 1027. Moritur magnus ille Camaldulensium Institutor S. Romualdus ætatis anno 125. de Cæsaribus & Imperio Rom. meritissimus, 1518 Carolus V. dein Imperator, Rex Hispaniarum solemniter coronatur, 1570. Georgius Comes de Tübingen alijque duo Comites Hohenloius & Waldeccius, &c. dum larvati vestibus pice illitis Bacchanalia celebrant, scintilla in unius vestē cadente, inde aliis quoque accensis vivi exuruntur, 1573. Hedwig Polon. Reg. Ioach. II. Elector Brandeburgij conjux & 1596. Georgius Landgr. Hassiæ Darmstat moriuntur.

D. VIII. Anno Christi 442. Gensericus Rex cum Imperatore paciscitur, 1296. Premislaus Bohemiæ Rex obtruncatur, 1553. Joan Ernestus Saxoniæ Dux moritur, 1564. Carolus Gustavus Comes Palatinus Rheni in Lauteregg, nascitur,

1578. Ambsterodamum Auraico Principi deditur. 1587. Tristissimo exemplo Maria Scotiæ & Angliæ Regina decollatur, 1594. Elisabeth. Palatina, Uxor Ioan. Frider. II, Duc. Saxon. moritur.

E. IX. A C. 760 circiter Alto è Scotiæ Regibus Monachus Abbas & Episcopus Vindelicorũ Apostolus vita defungitur, 1184 Theodoricus Marchio Landsperg & 1210. Hedvvig Duc. Bohemiæ Friderici Com. Brenensis, Uxor, & 1336. Alphonsis IV. Aragonum Rex, moriuntur.

F. X. 1162. In Belgio horribili aquarum inundatione multa mortaliũ millia merguntur, pontes & ædificia passim diruuntur, 1342. Margarita Com. Tirolensis, cognomento Maultaschia, bellicosa Princeps moritur, 1407. Wilhelmus Cocles Marchio Misniæ & 1470. Frider. II. Elector Brand. moriuntur, 1486. Georg. Comes Palat. Philippi Electoris filius nascitur, 1555. Tres Soles, totidemq; lunæ in tribus Iridibus, sed & ignei dimicantes exercitus conspiciuntur, 1589. Sophia Elisabetha Princeps Anhaltina nascitur.

G. XI. Metuendo terræmotu tremit Italia, quo in Sicilia, Syracusis maximè, plurima ædificia cum Palatio Episcopi conciderunt, ipso Episcopo & multis passim hominum millibus oppressis, 1115. Thiemo Landspergensis Marchio prælio Saxonico Lotharij occumbit, 1156. Balduinus Rex Hierosol. ob remChristianam periclitantem mœrore defungitur, 1239 Horibili inundatione, vniversa penè Frisia mergitur, 1586. Augustus Saxoniæ Elector moritur.

A. XII. 906. Barbaris passim Europam tentantibus in Novaliciensi Cænobio Monachis Martyrio affectis, in sola illa Bibliotheca Libri

MMSS.7700.reperti sunt.1332. Terræmotu metuenda dies, quo multa paſsim ædificia corruerunt, 1332. Andronicus Imperator Orientis, & 1398.Rupertus Palatinus Elector moriuntur,1554. Ioanna Graja ab Eduardo VI. Angl. Rege hæres ſcripta decollatur,1559. Ottho Henricus Elector Palatinus vita excedit, 1599. Naſcitur Fridericus Dux Saxon Altenburgicus,& anno 1603 Frider. Wilhelmus Dux Altenburg.1626.Æmilia Wilhelmi Haſsiæ Landgravij filia naſcitur.

B. XIII. Anno 1145. Bela II.cognomento cæcus Ungariæ Rex,Hydropicus vita excedit, 1586. DorotheaDuc. Brunſuicen. CaroliCom.Palatini Birckenteld,Ux moritur,& 1587. Dorothea Sax. Duciſsa,conjux Henr. JulijDucisBrunſuic. 1638 Frider. Dux Mechelburgius, & 1648. Ludovicus Wilhelm.Com.Palat.Landſpergenſis,naſcuntur.

C. XIV. 1149.Ratiſpona tota una cum ſexMonaſterijs terribili incendio exuritur, 1327. Monachiũ totum ferè incẽdio in cineres collabitur,1349 Bavaria horrendo terræmotu concutitur, pluitque ſanguine, quo multi etiam fontes & rivi defluunt, 1386. Magno bonorum plauſu Iagello Dux Lithuaniæ potentiſsimus baptizatur, 1515. Fridericus III. Elector Palatinus naſcitur, 1560. Philippus I. Dux Pomeraniæ moritur,1602 Wilhelmus Landgr Haſsiæ Caſſelenſis,& 1645.Joanna Saxon.Gotth.Duciſſa naſcuntur.

D. XV.1287.Henricus MarchioMiſnenſis cognomento illuſtris extinguitur, 1487. Henricus Com. Palat. Wormatienſis poſtea Epiſcopus naſcitur,1549.Idem dies natalis fuit Barnimo X.Pomeraniæ Duci, 1563. Joannes Baſilius Mag-

nus Moscoviæ Dux Polozkum celeberrimam urbem occupat, & Lithuania potitur universa. 1634. Solemni nuptiarum apparatu Maria Catharina Ducissa Brunsuicensis, cum Adolpho Friderico Duce Mechelburgio jungitur 1644. Erdmuta Sophia Joannis Georgij. jun. Elect. Saxon. filia nascitur. 1648. Palatium in Stokholm igno fædatur.

E. XVI. 815. S. Tanco ex monacho Werdensis Episcopus, dum idololatriam per Saxoniã profligat, pietatis mercedem, coronam Martyrij accipit. 1470. Ericus senior Dux Brunsuicensis nascitur. 1602. Eleonora Dorothea Princeps Anhaltina, & 1624. Georg. Wilhelmus Dux Brunsuicæ Calenberg, & 1636. Iuliana Sibilla Ducissa Mechelburgensis nascuntur.

F. XVII. A. C. 715. Siluinus Tholosanus Episcopus moritur Tarvanensium Apostolus nuncupatus, quos ab idolorum cultu avocavit. 1034. Terræmotus Constantinopolim hâc die cõcutere incipiens, dies totos quadraginta attonitos omnes occupat & consternatos, sed & Hierosolymam affligit, multaque ædificia subvertit. 1327. Adolphus Elector Palat. moritur. 1386. Magno plausu Iagelloni Lithuaniæ Duci Hedwiges hæres Poloniæ nubit. 1452. Fridericus III Imp. pro corona Romam contendens à Francisco Sfortia impeditur. 1489. Nascitur Carolus Dux Borbonius. qui postea in expugnatione Romæ occubuit, 1494. Joannes Daniæ Rex à Dithmarsis profligatur. 1517. Elisabeth Polon. Princ. Uxor Friderici Ducis Lignicensis moritur. 1576. Augustus Dux Sax. Lauenburg. & 1582. Georg Dux Brunsuic. & 1600. Frider. Maurit. Princeps Anhalt. nascuntur.

C. XVIII. Anno Christi 1189. Ottho Marchio Misniæ vita excedit in carcere, in quem ipsum Albertus filius conjecerat, alij anno 1198. referunt. 1480. Paulus Kinisius & Stepanus Bathorius, Turcorum ad tringinta millia cædunt, 1500. Wilhelmus junior Landgravius Hassiæ ex casu equi, moritur. 1563. Franciscus Princeps Guisius sclopo traijcitur, 1580. Fridericus Augustus Dux Lunæburgensis moritur. 1587. Nunc primum á nonnullis Maria Stuarda Segina decollata scribitur, alij aliter.

A. XIX. 1260. B. Bonifacius Lausanensis Episcopus grandium meritorum vir, moritur. 1473. Nicolaus Copernicus Mathematicorum sydus singulare extinguitur, 1507. Ioannes Marchio Badensis Archiepiscopus & Elector Trevirensis moritur, alijs 1505. 1642. Sophia Ludovica Wirtenbergiæ Ducissa nascitur.

B. XX. Anno Christi 789. moritur S. Colga Abbas, vir de Hibernia, Scotia, Gallia, & Germania meritissimus è cujus schola mirifici Doctores, eosq; inter Magnus Alcuinus, sive Albinus Flaccus, Caroli Magni Institutor, prodiere. 996. Milo Mindensis Episcopus vir laudatissimus extinguitur. 1513. Ioannes Rex Daniæ, Alburgæ in Juthia vita defunctus est.

C. XXI. Anno 1476. Henricus IX. Princeps Gloggoviæ moritur. 1484. Joachimus I. Elector Brandeburgius nascitur, 1584. Sibylla, Joan. Friderici Electoris Saxoniæ Uxor mortalibus valedicit: 1594. Joan. Ernestus Dux Saxoniæ Weinmar. natus est, 1630. Fridericus Dux Slesuicensis cum Maria Elisab. Joannis Georgij Electoris Saxoniæ filia nuptias celebrat, 1631. Maria Phi-

dus Gilber ultimus veterum Lotharingiæ Ducum absque hærede moritur, 1622. Christianus Ludovicus Dux Brunsuicensis & Lunæburg. nascitur. 1615. Ioachim Ernestus Princeps Anspacensis moritur, 1629. Francisc. Erdman. Dux Sax. Lauenb. nascitur.

A. XXVI. 675. Insigne sydus Angliæ S. Milgitha Meryoldi Mericiorum Regis filia, cælo infertur, 1290. Premislaus Dux Saganensis, contra Lochicum pugnans pro patruele, fortiter occumbit, 1556. Fridericus II. Elector Palatinus moritur, & anno 1582. Magdalena Lippiensis Georgij Landgrauij Hass. conjux, 1632. Gustav. Rudol. & 1633 Gustav. Adolph. Mechelburgij Duces nascuntur.

B. XXVII. Æternam meritus memoriam, Hermenegil ac dein Reccaredi Regis, totiusq; Regni Hispanici cōversione, S. Leander ex Monacho S. Claudij Legionensis, Hispalensium Episcopus, post ingentia alia etiā merita hac die ad coronam æternitatis vocatur, 1385. Elisab. Regina Ungariæ Mariti fratrem necat, 1508. Philippus ingenuus Elector Palatinus, & 1539. Fridericus Dux Saxoniæ, moriuntur, 1575. Anna Ducissa Slesuicensis Uxor Ennonis Ostfrisiæ Comitis nascitur, 1596. Massilia ab Henrico Guisio capitur.

C. XXVIII. 1033. Stella miranda per dies 15. cum magno juxta fragore apparens movetur, 1220. Theodoricus IV. Marchio Misniæ moritur 1419. Ioannes Bavarus Hollandiæ Comes cum Brabantiæ Duce pacem init, 1468. Paulus III. Papa nascitur, 1508. hoc nunc primum die Philippum Elect. Pal. mortuū nonnulli volunt, 1528. Albertus V. Bavar. Dux nascitur sive potius 29. Februar.

bis-

bis sextili, 1557. Sangvine pluit in Pomerania, 1565. Joannes Dux Münsterbergius moritur, 1575 nascitur Joan Adolphus Dux Slesvicensis, 1616. Nascitur Fridericus Hassiæ Landgravius S. R. E. Cardinalis Magister Ord. Melitensis, 1648. Christianus IV. Rex Daniæ moritur.

MARTIVS.

D. I. Æternis dignus tabulis S. Suitpertus, ex Bearmensi Monacho Werdensis in Germania Episcopus, Westphaliæ, Hollandiæ, Batuæ, Frisiæ Boructuariorum, & magnæ Saxoniæ partis conversione meritissimus anno 717. moritur, 886. Basilius Macedo Orientis Imperator extinguitur. 1460. Albertus III. Dux Bavariæ vita excedit, 1476. Alphonsus V. Rex Portugalliæ dum Regnum Castellæ tanquam hæreditarium armis repetit, magna clade repellitur & vix effugit, 1562. Franciscus Guisius Acatholicos Vasseij repente opprimit, 1596. Natus Fridericus Dux Saxoniæ Vinariensis.

E. II. 1185. Stephanus Vpsalensis ex Monacho Aluastrensi Pontifex profligata apud Vpsalenses Idololatria, vita defungitur, 1295. Conradus Burggravius Norimbergensis extinguitur, 1458. Georgius Podiebradius Rex Bohemorum salutatur, 1573. Ioannes Wilhelmus Dux Saxoniæ Weinmariensis & 1624. Ioannes Georgius Princeps Jägerndorffensis, moriuntur.

F. III. Anno Christi 1040. Kunegundis Henrici Sancti conjux, Imperatrix Augusta. monialis Confugiensis moritur, & juxta maritum Virginem Virgo collocatur, Henrici cadavere in oculis omnium ipsi locum honoratiorem cedente, 1096. Signa ignea & miranda apparent, ma-

gni

gna deinceps pestilentia consequente, 1530. Joannes Wilhelmus Dux Weinmariensis nascitur, 1554. Joan. Frider. exauctoratus Saxoniæ Elector moritur, 1573. Claudius Aumalius Henrici Guisij frater ante Rubellas globo ictus occumbit, 1583 Anna Hassiæ Landgr. Uxor Alberti Otthonis Solmensis Comitis, nascitur, 1595. In Valesia duo montes rupti Rhodanum implent, unde magna inundatio.

G. IV. Anno Christi 71. Gadara Urbs à Vespasiano capta multis millibus Iudæorum cæsis, 1176. Stephanus III Ungariæ Rex moritur, 1224. Bartholomæus Dux Pomeraniæ vita excedit, 1481. Georgius Marchio-Brandeburgius Iagerndorffensis nascitur, Brizum Bohemiæ oppidum totum exuritur, 1590. Ludovicus Landgravius Hassiæ extinguitur.

A. V. Anno Christi 493. Hatugasitus Hengisti Cantiorum Regis filius Ravennæ occiditur, 1494. Dantiscisccelere lanionis cujusdam aliquot ædium millia exusta, 1574. Fridericus IV. Elector Palatinus nascitur, 1576. Ludovicus Requesenius Belgij Gubernator vivis excedit, 1585. Joan Georgius Elector Saxoniæ nascitur, & anno eodem ac die Fridericus Landgr. Hassiæ Darmstadensis, 1591. Nascitur Anna Maria Princeps Anhaltina.

B. VI. Anno Christi 660. circiter moritur hac die Judicael I. Minoris Britanniæ Rex, qui magna felicitate 16. mares 4. puellas è Fritela Regina genuit, omnes deinceps Sanctorum albo adscriptot plerisque patrem opt. imitantibus & Monasticen professis, 1033. Terræ motus ingens, quo plurima ædificia prostrata sunt, 1420.

Sigis-

Sigismundus Imp. in rebelles Pragæ supplicio capitis, animadvertit, 1443. Ioannes Casimirus Comes Palat. Rheni nascitur.

C. VII. Anno 1135. Tres soles in cælo apparuêre, 1524. Lindovium Acronij civitas tota exuritur, 1532. Memorabili spectaculo, in celeberrima urbium Babylone, media nocte Sol apparuisse scribitur, 1558. Ioannes Dux Mechelburgius nascitur, & 1593. Anna Sabina Princeps Suderbugin Christiani III. Regis Daniæ ex Ioanne filio neptis nascitur, Ux. Julij Frid. Duc. Wirttemberg.

D. VIII. 1260. circiter moritur hac die Berengaria Ferd. III. Castellæ Regis filia, à summis virtutibus mirè celebrata, 1466. Franciscus Sfortia Mediolani Dux, Heros Mavortius, magnis naturæ dotibus præditus, immenso suorum luctu moritur, 1505. Fridericus Comes à Zollern Episcop. Augustanus vita excedit, 1626. Nascitur Carolus Dux Mechelburgius.

E. IX. 910. Circiter Moravia Sclavonia, Croatia & Bulgaria, & non minima Bohemiæ parte ab idololatria ad Christum conversis, ad præmia emigrat æterna S. Cyrillus S. Andreæ Romæ Monachus cum Methudio Episcopus ad Conversionem Gentium ordinatus, 1443. Leonardus Aretinus de re Historia meritissimus extinguitur, 1500. Emmanuel Rex Lusitaniæ hac die insignem classem in Indias mittit.

F. X. Lotharius IV. Galliarum Rex mortalibus valedicit, 1428. Veneti Cresciam occupant, 1594. Novigradum à Matthia Austriaco expugnatur, 1619. Nascitur Georg. Albert. Princeps Culmbac.

G. XI. Anno Christi 900. circiter Suatacopius Mora-

Moraviæ Rex ab impietate altera vice conversus, ex idololatria, ac dein crudelissimo Principe factus Monachus religiosissimè decedit, 1474. moritur Margarita Bavariæ Ducissa, Uxor Philippi Electoris Palatini, 1477. Premislaus Dux Teschinensis mœrore animi extinguitur Matthia Ungariæ Rege ipsi litem movente, 1571. Julius Ernestus Dux Brunsuicensis nascitur.

A. XII. Nulli non Calendario aureis inscribendum litteriis Gregorij Magni nomen, de nulla non provincia meritissimi, qui hac die ad præmia æternitatis emigravit, 914. Hunni Paviam expugnant, 1088. In Italia & Misnia magno terræmotu multa ædificia corruunt, pisces in aquis suffocantur, 1333. Ladislaus Locticus Rex Poloniæ moritur, 1356. Rudolphus I. Elector Saxoniæ, & 1471. Ven Dionysius Rickel Carthusianus, vir illuminatissimus, moriuntur, 1476. Barbara Poloniæ Princeps, Ux. Georgij Saxon. Ducis nascitur.

B. XIII. 869. Trebellius Bulgarorum Rex, ex Rege Monachus, ex Monacho pro Regni necessitate denuo Rex, iterumq; post insignem victoriam Monachus sancto fine defungitur, 1420. Sigismundus Imp. Pragæ, solemniter Rex Bohemiæ coronatur, 1606. nascitur Agnes Landgr. Hassiæ Casimiri Principis Anhaltini, Uxor, 1619. Anna Ioann Ducissa Wirttenberg. nascitur, 1647. obiit Henricus Fridericus Princeps Uraniæ.

C. XIV. 969. Mathildis Imp. Henrici I. Aucupis conjux Augusta mater Othonis Magni Imp. monialis Quedlinburg facta moritur, 1443. Ioannes C. Palat. Dux Neoburg. & 1503. Frider. Pol. Princeps S.R.E. Card. vita excedunt, 1564. Guili-

elmus

œlmus Dux Brunsuic, Otthon. filius nascitur, 1590. Henricus IV. Gall. Rex de confœderatis triumphat., 1644. obiit Cæcilia Renata Ferd. II. Imp. filia Regina Poloniæ ., 1648. Generalis Tubadel moritur.

D. XV. 963. Romanus Constantini filius Imperator Orientis parricida impius extinguitur 1034. Mieslaus Bohemiæ Rex II. moritur. 1407. Franciscus Gonzaga Princeps Mantuanus obiit. 1504. Fridericus Saxoniæ Dux nascitur. 1544 Ludovicus IV. Elector Palat. vita exedit. 1567. Anna Margarita Ducissa Brunsuicensis fil. Oth. nascitur, & 1584. Philippus, Friderici II. Regis Daniæ ex fratre nepos. 1592. Greuzenaia, cælo ignescere viso apparet Christus cruci affixus. 1624. obiit Ludovicus Princeps Anhaltinus in Kothur, & 1632 Mauritius Hassiæ Landgr. Cassellensis.

E. XVI. 1421. Joannes Ziska Cometavij in Bohemia omnes cives interimit, & oppidum evertit. 1473. Henricus Saxoniæ Dux nascitur, 1603. Christoph. Marchio Badensis nascitur, qui postea ante Ingolstadium globo majore ictus caput perdidit, 1643. Ludovicus Philippus Landgravius Hassiæ moritur.

F. XVII. 659. Gertrudes Pipini Brabantiæ Ducis filia Austrasiæ Duce sponso rejecto, Christo sacrata felici exitu vitam concludit. Eodem die Fridericus III. Imp. Romæ solemniter inungitur. 1598. Anna Sophia filia Joan. Sigism. Elect. Brandeb. Uxor Frider. Udalrici Ducis Brunsuic. nascitur, 1605. Nascitur item Georgius II. Landgr. Hassiæ Darmstad.

G. XVIII. 981. S. Eduardus Angliæ Rex, novercæ scelere in venatione occiditur, 1312 Moritur

Joan-

Ioannes V. Marchio Brandeburgius, 1515. Wilhelmus senior Hassiæ Landgravius & exauctoratus decedit è vita, 1557. Margarita Ducissa Brunsuicensis Othonis conjux obiit, 1558. Ferdinandus I. Salutatur Imperator, 1598. Albertus IV. Dux Bavariæ extinguitur.

A. XIX Anno Christi 583. S. Martinus Bumiensis ex monacho Episcopus, Hispanorum Apostolus, Arianismo profligato, felicissimè moritur, 1238. Henricus Barbatus Dux Silesiæ obiit, 1286. Alexander III. Rex Scotiæ, equo lapso excussus fractis cervicibus interiit, 1497. Hippolytus Princeps Atestinis. dein Cardinalis nascitur, 1581. obijt Franciscus I. Dux inferioris Saxoniæ.

B. XX. Admirabilis sanè & magnificentissimæ urbis ac Reipubl. Venetæ, hac die A. C. 421. jacta fundamenta, facta initia memorantur, 720. Wulfrannus Senonensis Episc. Fontanellæ Monachus Frisiorum Apostolus ad cælos emigrat, in fastis omnibus meritus memoriam sempiternam, 1118. Balduinus Rex Ierosolymorum & 1352. Obizo Marchio Attestinus moriuntur, 1486. Ioannes II. Com. Pal. Simerensis nascitur, 1568. Albert9 Brandeburgius Dux Borussiæ vita excedit, 1572. Otho Dux Brunsuicensis & Lunæburgius junior nascitur, 1635. Elisab. Amalia Landgr. Hassiæ Darmstad. Philippi Wilhelm. C. Pal. Ducis Neoburgij, Uxor nascitur, 1653. Wolfgangus Wilhelmus Dux Neoburgius moritur.

C. XXI. 480. Magnus ille Anicius Benedictus Monachorum Patriarcha cæli nascitur, è cujus disciplina innumeri Doctores, & ab his bona quoque innumerabilia in orbem terrarum universum emanarunt, 880. Carolomannus Rex Bavariæ

variæ extinguitur, 1041. Apulia & Sicilia magna ex parte à Græcis deficit, 1073. Albertus Palatinus Saxoniæ Archiepiscopus Bremensis moritur, 1568. Ignei in aëre exercitus cõgredi visi sunt.

D. XXII. 593. Guntramus Regis Galliarum, & 876. Hemma Ludovici Germaniæ Regis Uxor apoplexia, moriuntur, 1072. Kioviũ à Russis, expugnatur, 1296. Henr. cogn. Crassus Dux Lignicensis & 1500. Wilhelmus I. Bavariæ Dux è vivis excedunt, 1552. Leonora Wirtemberg, Princeps, Uxor Georgij Landgravij Hassiæ Darmstad nascitur, 1592. Obiit Ioannes Dux Mechelburgius, 1598. Carolus Marchio Badensis & 1607. Maria Leonora Ioach. Friderici Elect. Brandeb. filia nascuntur.

E. XXIII. 1095. Ratispona tota fœdissimo Incendio conflagravit, 1526. Adolphus Princeps Anhaltinus Mersenburgensis Episcopus vita defungitur, similiter anno 1566. Wolfgang. Princeps Anhaltinus, 1641. Wilhelmus Ludovicus Com. Palat. Bipontinus nascitur.

F. XXIV. Henricus ultimus Werthini Comes extinguitur, 1217. anno 1441. Ernestus Elector Saxoniæ nascitur, 1577. Casimirus eodemque die & anno, Franciscus, Pomeraniæ Duces nascuntur, 1596. Elisabeth Hassiæ Landgr. Ioannis Alberti Mechelburgi Uxor, & anno 1628. Sophia Amalia Ducissa Brunsuicensis, nunc Daniæ Regina, natæ sunt.

G. XXV. 1205. Græci in urbe Constantinopolitana tumultu excitato, magna strage Gallos Venetosque repente obruunt, hi vicissim recollecti, majorem edunt, urbem diripiunt, & ali-

quot ædium millia exurunt, 1441. Ernestus Elector Saxoniæ nascitur, 1513. Hedvviges Sigismundi Poloniæ Regis filia, & 1541. Franciscus Magnus Florentiæ Dux nascuntur.

A. XXVI. 1141. Fulda fluvius repente exsiccatus, quinque horis fluere desijt, 1199. Richardus Angliæ Rex ex vulnere moritur, 1388. Nicolaus II. Arestinus Princeps, & 1544. Ludovicus V. Elector Palatinus, moriuntur, 1584. Ioannes Comes Palat. Bipontinus nascitur, 1596. Christina Hassiæ Landgr. Comitissa Erpacensis moritur.

B. XXVII. 1076. Terræmotus ingens Angliam percellit & concutit, 1081. Similiter Moguntiam terræmotus quassat, quem paulo post pestidens lues subsequitur, 1128. Tristissimo incendio, Ultrajectum totum ignibus conflagrat, 1344. Alphonsus XI. Castellæ Rex centum millibus Saracenorum cæsis Algazirum occupat, 1400. Robertus III. Scotorum Rex moritur, 1621. Carolus Magnus Marchio Badensis, & 1652. Teresia Maria Josepha Ferd. III. Imp. filia ex Eleonora Mantuana Imp. nascuntur.

C. XXVIII. 853. Haymo ex monacho Fuldensi Halberstadensis Episcopus, eruditorum sui temporis in Germania Phæbus extinguitur, 1253. Classis Gallica S. Ludovici Regis, è Palæstina rediens tota ferè hoc die perit naufragio, 1427. Ottho Dux Pomeraniæ Stetinensis moritur, 1520. Fridericus III. Dux Lignicensis, & 1522. Albertus March. Brandeb. Anspacensis nascitur, 1584. Basilius Magnus Dux Moscoviæ moritur, 1619. Mauritius filius Joann Georg. Elect. Saxon. nascitur.

D. XXIX.

D. XXIX. 1114. Thamesis fluvius & mare vicinum Britannicum per milliaria 12. hoc & sequenti diebus totis exsiccantur, 1490. Ioannes Weivvoda Transylvaniæ, postea Ungariæ Rex nascitur, 1519. Franciscus Marchio Mantuanus vita excedit, 1590 Agnus Magdalena Princeps Anhaltina nascitur.

E. XXX. 583. Singulare coronæ Gallicæ decus, Childechindes Chilperici Francorum Regis filia in Monasterio Cenomanensi sanctè moritur, 761. circiter Patto Werdensis ex Abbate Episcopus Frisijs Saxonibusque Apostolico labore immortaliter sibi obligatis, extinguitur, 1157. Tres soles in cælo apparuere, 1580. Carolus Bavariæ Dux natus est, 1582. Georgius Bugislai XIII. filius Dux Pomeraniæ, & 1633. Fridericus Landgravius Hassiæ Darmstad. nascuntur.

F. XXXI. 541. Pluit sanguine in Galla, apparentque in aëre exercitus atrociter dimicantes Corinthi, Corazzi & Azarbi, terræ motus mœnia, Ecclesias, turres, &c. Disjicit, 1567. Philippus Landgravius Hassiæ moritur, 1580. nascitur Bugislavus XIV. Pomeraniæ Dux.

APRILIS.

G. I. Clephis Rex Longobardorum moritur 866. Bardus Michaelis Imperatoris filius occiditur, 1081. Alexius Comnenus Constantinopolim expugnat, spoliat, multa mortalium millia mactat, ædium aliquot idem millia exurit, Nicephorum Imp. capit, 1454. Insignis ille Heros Georg Castriotus, è Moysis exercitu undecim millia mactat, 1593. Ingenti cum clamore crepitu ac strepitu visi in aëre exercitus concurrere, 1612.

Henricus

Henricus Landgravius Hassiæ Darmstad. nascitur, 1627. Sophia Leonora Ioan. Georg. Electoris Sax. filia, nubit Georgio Hassiæ Landgravio, 1639. Ioan. Philippus Dux Saxoniæ Altenburg & 1651. Joan Landgravius Hassiæ, moriuntur.

A. II. 1128. Bernardus ex Asceta Cluniacensi Archiepiscopus Tolet, & Cardinalis, de Hispaniarum Regnis mirificè meritus sanctè moritur, 1416. Ferdinandus cogn. Justus Aragonum & Siciliæ Rex vita excedit, 1557. Wolffgangus Comes Palatinus Dux Novifori & 1576. Ernestus Dux Brunsuicensis in Embeck, & 1590. Elisabetha Uxor Ioan. Casimiri Com. Palatin. extinguuntur.

B. III. Boleslaus I. Rex Bohemiæ anno Christi, 1025. defungitur, 1127. Galfridus Comes Andegavensis, Mathildem Imperatricem solemni Pompa ducit conjugem. filiam Angliæ Regis 1291. Praga minor tota miserabili incendio exuitur, 1364. Ioannes Galliarum Rex, captivorum redimendorum gratia in Angliam reversus Londini moritur, 1636. Joannes Albertus Dux Mechelburgius defungitur.

C. IV. 636. Doctor & Legum lator Hispaniarum Magnus Isidorus ex monacho Agalliensi, Hispalensis Episcopus, Mahometis ex Hispania profligator, moritur, 1081. Alexius Comnenus contra Nicephorum se obtrudens Imperator Orientis coronatur, 1095. Stellæ è cælis decidisse, uti vulgo arbitrabantur, memoratur, & sepanib' sanguis fluxisse scribitur, 1266. Ioannes primus eo nomine Elector Brandeburgius moritur, 1319. Ottho cogn. strenuus Brunsuici Dux vita excedit, 1588. Fridericus II. Rex Daniæ extinguitur.

D. XXIX. 1114. Thamesis fluvius & mare vicinum Britannicum per milliaria 12. hoc & sequenti diebus totis exsiccantur, 1490. Ioannes Weivvoda Transylvaniæ, postea Ungariæ Rex nascitur, 1519. Franciscus Marchio Mantuanus vita excedit, 1590 Agnus Magdalena Princeps Anhaltina nascitur.

E. XXX. 583. Singulare coronæ Gallicæ decus, Childechindes Chilperici Francorum Regis filia in Monasterio Cenomanensi sanctè moritur, 761. circiter Patto Werdensis ex Abbate Episcopus Frisijs Saxonibusque Apostolico labore immortaliter sibi obligatis, extinguitur, 1157. Tres soles in cælo apparuere, 1580. Carolus Bavariæ Dux natus est, 1582. Georgius Bugislai XIII. filius Dux Pomeraniæ, & 1633. Fridericus Landgravius Hassiæ Darmstad. nascuntur.

F. XXXI. 541. Pluit sanguine in Galla, apparentque in aëre expercitus atrociter dimicantes Corinthi, Corazzi & Azarbi, terræ motus mænia, Ecclesias, turres, &c. Disjicit, 1567. Philippus Landgravius Hassiæ moritur, 1580. nascitur Bugislavus XIV. Pomeraniæ Dux.

APRILIS.

G. I. Clephis Rex Longobardorum moritur 866. Bardus Michaelis Imperatoris filius occiditur, 1081. Alexius Comnenus Constantinopolim expugnat, spoliat, multa mortalium millia mactat, ædium aliquot idem millia exurit, Nicephorum Imp. capit, 1454 Insignis ille Heros Georg Castriotus, è Moysis exercitu undecim millia mactat, 1593. Ingenti cum clamore crepitu ac strepitu visi in aëre exercitus concurrere, 1612.

Henricus

Henricus Landgravius Hassiæ Darmstad. nascitur, 1627. Sophia Leonora Ioan. Georg. Electoris Sax. filia, nubit Georgio Hassiæ Landgravio, 1639. Ioan. Philippus Dux Saxoniæ Altenburg & 1651. Joan Landgravius Hassiæ, moriuntur.

A. II. 1128. Bernardus ex Asceta Cluniacensi Archiepiscopus Tolet, & Cardinalis, de Hispaniarum Regnis mirificè meritus sanctè moritur, 1416. Ferdinandus cogn. Justus Aragonum & Siciliæ Rex vita excedit, 1557. Wolffgangus Comes Palatinus Dux Novifori & 1576. Ernestus Dux Brunsuicensis in Embeck, & 1590. Elisabetha Uxor Ioan. Casimiri Com. Palatin. extinguuntur.

B. III. Boleslaus I. Rex Bohemiæ anno Christi, 1025. defungitur, 1127. Galfridus Comes Andegavensis, Mathildem Imperatricem solemni Pompa ducit conjugem. filiam Angliæ Regis 1291. Praga minor tota miserabili incendio exuitur, 1364. Ioannes Galliarum Rex, captivorum redimendorum gratia in Angliam reversus Londini moritur, 1636. Joannes Albertus Dux Mechelburgius defungitur.

C. IV. 636. Doctor & Legum lator Hispaniarum Magnus Isidorus ex monacho Agalliensi, Hispalensis Episcopus, Mahometis ex Hispania profligator, moritur, 1081. Alexius Comnenus contra Nicephorum se obtrudens Imperator Orientis coronatur, 1095. Stellæ è cælis decidisse, uti vulgo arbitrabantur, memoratur, & sè panib⁹ sanguis fluxisse scribitur, 1266. Ioannes primus eo nomine Elector Brandeburgius moritur, 1319. Ottho cogn. strenuus Brunsuici Dux vita excedit, 1588. Fridericus II. Rex Daniæ extinguitur.

D. V. Æditha Anglorum Regina hâc die anno 1075. moritur 1007. stagnum quoddam in Anglia totum sanguine defluit, 1122. in Polonia visum vulgo, stellis pluere, 1159. Frisinga civitas pulcherrima tota flammis exuritur, 1539. Georgius Fridericus Princeps Jägerndorffius nascitur, & 1581. Hedvviges filia Regis Daniæ, itemque, 1616. Fridericus Com. Palat. Bipontinus.

E. VI. 1039. Trabs ignita in aëre apparet, inque terras demum decidit, multo cum horrore intuentium, meteora non agnoscentium, 1113. Henricus Angliæ Rex Walliam potenter subigit, 1591. Henricus IV. Galliarum Rex Carnutum occupat, 1596. Fridericus IV. Dux Lignicensis moritur.

F. VII. 1284. Carolus Claudus Neapolis Rex Siciliam recuperare conatus ab Aragonijs navali prælio victus capitur, & 200. in ultionem Conradini capiti truncantur, 1445. Ludovicus Gibbosus Dux Bavariæ moritur, 1498. Carolus item octavus Galliarum Rex extinguitur, 1596. Clissa Dalmatiæ munitissima arx à nostris capitur.

G. VIII. Anno Christi 662. moritur, S. Visterpus Episcopus Augustanus ex monacho Elvacensi, post profligatam radicitus è sua Diæcesi & urbe Arianismum, ad coronam æternitatis vocatus, 1123. Ratispona flumine tacta, tota, præter 30. ædes, flammis exuritur, 1492. Laurentius Medices Princeps Florentinus moritur, 1605. Philippus IV. Hispaniarum atque Indiarum Rex potentissimus nascitur.

A. XI. Anno Christi 327. Gevebaldus Francorum Regis in Germania Dagoberti filius, Thuringis auxilio missus, rei bene gestæ præmium,

um, provinciam quæ Mœno adjacet, Mœnigandium dictam obtinuit, quæ deinceps Franconia est appellata, 1241. Henricus cogn. Pius Princeps Silesiæ moritur, 1498. Hieronymus Savanorola vir doctissimus Supremo supplicio afficitur, de quo varij varia de ejus meritis & innocentia, 1498. Ioannes Lothar. Cardinalis natus est, 1586. Julius Henricus Dux Saxo Lavvenburgij, & 1652 Christianus Udalric. Princeps Wirtenb. nascuntur.

B. X. Anno Christi 405. Theodosius Junior Imp. nascitur, 431. Nestorius fit Episcopus Constantinopolitanus, 955. Ottho Magnus Imp. Ungaros ad Lycum fluvium internecione delet, 1099. Nostri Hierusalem occupant, 1110. Henricus Angliæ Rex Mathildem filiam Henrico Imp. dat conjugem, 1121. Idem Rex Ætheliciam ducit, 1486. Maximilianus I. Aquisgrani solemniter coronatur, 1502. Ottho Henricus Elector Palat. nascitur, & 1579. Augustus Dux Brunsuicensis Henrici filius alijs 10. Aug. natus dicitur.

C. XI. 1090. circiter moritur Boleslaus cogn. Impius, qui S. Stanislaum ad altare mactaverat, Poloniæ Rex, vere ab impietate conversus in Monasterio Ossiacensi Conversorum institutum professus atque ibidem incognitus, donec suprema hora, quis esset fateretur, 1493. Georgius I. Dux Stetinensis nascitur, 1512. Florida à Ioanne Pontio reperta, quo ipso anno Bajazethes Imp. Turcarum obiit, 1517. Tomumbejus Sulthanus misere perit, 1543. Georgius Ioannes Comes Palat. Rheni, Lüzelsteinius nascitur.

D. XII. Anno Christi 519. In Saxonia & Thuringia 23. pagi fulmine accensi & toti exusti, In Dardania, Cappadocia, & Bithynia in-

gentes terræmotus, quibus Neocæsarea tota eversa, & plurimis locis multa hominũ millia periere 627. Eduinus Rex Nortumbriæ ad fidem conversus baptizatur. 1229. Gedeon Magnus Moscoviæ Dux cæsis 100000. dejicitur, & Georgius eidem subrogatur 1547. Tres soles cum igneis pilis in cælo apparuere, 1577. Rex Daniæ Christianus IV. nascitu,, & 1589. Ioan. Casimirus Comes Palatinus in Suecia, 1596. Elisabetha Joannis Ernesti Saxon. Duc. Uxor, & 1641. Georgius Dux Brunsuicensis in Luneburg moriuntur.

E. XIII. 844. Ludovicus II. Imp. Romæ inungitur, 1083. Mathildes Angliæ Regina Uxor Wilhelmi Regis moritur, 1105. Henricus Angliæ Rex contra fratrem movens Bajocas incẽdit, fratrem obsidet, hic evadit, 1123. Visum in Boëmia stellis pluere, 1229. Ludovicus cogn. Severus Dux Bavariæ Elect. Palatinus nascitur, 1243. Wormatia tota miserè vastissimo incendio exuritur, 1570. vel 71. Ioannes Transylvaniæ Princeps, & 1598. Christina Hassiæ Landgravia Uxor Ioan. Ernesti Saxon. Ducis Isenacensis, moriuntur 1600. Nascitur Ioan. Wilhelmus Dux Saxoniæ Altenburgius;

F. XIV. 1202. Ioannes Angliæ Rex Normannia à Gallo exuitur, 1316. Praga mediam partem sævo incendio exuritur, 1535. Beatrix Marchionissa Badensis, Ioannis Com. Palatini Simerensis Uxor obiit, 1574. Protestantiũ Auraico Principi auxiliarium exercitus haud procul Neomago ab Hispanis cæditur, 1574. Christophorus Comes Palatinus Rheni occubuit, 1598. Wilhelmus Dux Saxoniæ Weinmariensis nascitur.

G. XV. Anno Christi 930. Simeon Bulgarorum

rum Rex invadens Croatiã, insigni cum clade repellitur, 1185. Terremotu Britannia atq; inprimis Lincolonia quassatur, 1445. Carolus Dux Silesiæ Olsnensis nascitur, 1647. Matthias Comes Galassius Generalis Cæs. exercitus moritur.

A. XVI. 560. S. Paternus Abrincensis ex Abbate Episcopus, Neustriæ Apostolatu, memoriam æternã meritus cælis imigrat, 1055. Godvvinus Cantiæ Princeps, gener Angelorum Regis, sibi per buccellam mortem imprecat⁹ in ipsa regia mensa repente suffocatur, 1132. Miserabili incendio tota ferè urbs Londoniensis exuritur.

B. XVII. Bernardus Pipini Italiæ Regis filius A. C. 818. extinguitur, 1205. Balduin. Imp. Orient à Bulgaris victus capitur, 1539. Georgius cognomento Dives Dux Bavariæ moritur, 1573. Maximilianus Dux utriusque Bavariæ ac dein S. R. I. Elector nascitur.

C. XVIII. 713. Flandrorum, Menapensium, & Theoracensium ab idolis avocatione meritissimus S. Ursmarus ex monacho Laubiensis Episcopus moritur, 969. Otho II. Imp. Aug. solemnissima pompa nuptias celebrat cum Theophania Romani Junioris Imp. Constantinopolitani filia, 1417. Fridericus Burggravius Norimberg. creatur primus Elector è sua familia, 1426. Joannes IV. Dux Brabantiæ moritur, 1567. Joan. de Grumbach. æt. 72. cum socijs decollatur, 1580. Augusta Regis Daniæ filia solemni pompa nubit Holsatiæ Duci.

D. XIX. Anno Christi 330. Pascha hoc ipso die Græci celebrabant, 1150. Guilielmus Malus Rex Siciliæ solemniter inauguratur, 1390. Robertus Stuartus Scotiæ Rex, senio potius, quam morbo

extinguitur, 1507. Rupertus Bavariæ Princeps Ratisponensis Episcopus vita excedit.

E. XX. Anno Christi 419. Pharamundus Marcomiri Franconiæ Ducis filius, Herbipoli solemnissime Francorum Rex salutatur Salicarum deinceps Legum conditor, & Meravingorum Regum Galliæ Author & parens, 686. Egbertus Northumbriæ Rex à Pictis profligatur & occiditur. 711. Cedualla Westsaxonum Rex obiit, 1585. Henricus Saxoniæ Infer. Dux Episcopus Bremensis extinguitur.

E. XXI. 1109. Mirificus ille & toto orbe spectatissimus Doctor diversarum suo tempore sectarum malleus, mille nominibus in omnes Fastos referri meritus, Conceptionis Immaculatæ, ejusdemque Festi Assertor & Author præcipuus, S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus ex humanis tollitur. Ipso die, anni 313. Licinius Collega Constantini magni renunciatur, multa dein contra hunc & Christianos machinatus, 1002. Eckardus Misniæ Marchio dum Othone III. mortuo ad Imperium aspirat, à Sigefrido Comite Northemio, venabulo per collum transfixo perit,

G. XXII. 1069. Berengarianæ Hæreseos strenuus profligatur S. Wolphelmus Abbas Brauvveilerensis, ad præmia æterna Christi pugilum evocatur, 1528. Udalricus Dux Mechelburgius nascitur, 1592. Mira passim & metuenda fluviorum inundatio, magnam ædificiorum & hominum stragem edit, 1618. Illustrissimum Galliarum sydus Antonia Ducissa Aurelianensis, Ducis de Longaville filia, Ducis de Rets Marchionis de Bella Insula Vidua, Institutrix Monialium Benedict. primæ Regulæ de S. Scholastica, sanctè defungitur, à Regibus deplorata. A. XXIII.

A. XXIII. 871. Æthelredus Rex Angliæ vivere desinit, 997. Magnus omnino Bohemiæ, Ungariæ & Poloniæ Apost. S. Adalbert. Magdeb. dein Casinas Monachus, Pragensis Archiepisc. labores immensos Martyrio consecrat, cujus diei memoria Polonis longe est festivissima, 1014. Priamus Scotorum Rex in seditione occiditur, 1198. Fridericus Imp. magno cum exercitu movet in Orientem, 1509. Henricus VII. Rex Angliæ moritur, 1573. Ioachim Carolus Dux Brunsuicensis nascitur, 1583. Princeps Parmensis Einhofium occupat, 1583. Georg Fridericus Dux Wirttembergiæ nascitur, 1600. Elisab Magdal. Hassiæ Landgr. Uxor Ludovici Friderici Ducis Wirttenbergij nata fuit, 1601. Augustus March. Brand. Jean Sigis. Electoris frater moritur.

B. XXIV. Anno Christi 841. Ludovicus Rex à Lothario prope Moguntiam cæsis viginti millibus profligatur, 979. Æthelredus Rex Angliæ, à S. Dunstano coronatur, 1106. Henricus Rex Angliæ victum in prælio fratrem Robertum captivum abducit, 1528. Cracoviæ uno incendio mille ædes exustæ & 500. homines, 1537. Fulmine tacta arx Heidelbergensis crematur, 1547. Halberstadii pila ignea ex luna cadit, sed & cruces in vestes, 1635. Julius Frid. Dux Wirt. ob.

C. XXV. 1039. moritur Tarasia Regina Toletana Veremundi II. Regis Castellæ filia, Virgo conjux, monialis denique, sanctissima, Regij nominis ornamentũ facta singulare, 1077. Geisa Magnus Ungarorum Rex moritur, 1196. Alphons. II. Aragonum Rex, & 1316. Fridericus Fortis Marchio Misniæ vita excedunt, 1418. Hussitæ primum ex simulatis Angelis, armati milites, arma corripiunt, 1507. Galliarum Rex Genuam occupat, 1562. Frid. Wilhelmus Dux, Sax, Lauenburg,

nascitur, 1568, Galli ab Hispanis in agro Juliacensi cæsi, 1569. Frid. III. Elector Palat. Æmiliam Com. Neunariam ducit conjugem, 1591. Achilles Frider. Dux Wirtenberg. moritur, 1622. Miserè occumbit Magnus Dux Wirtenbergius, 1625. Joan. Fridericus Dux Brunsuicensis Dux serenissimus nascitur, mihi æternum colendus.

D. XXVI. 1273. Incredibili & memorando inprimis splendidissimarum apparatu nuptiarum, Ferariæ Dux conjugem ducit, 1595. obiit Levinus Torrentius Episcopus Antverpiensis, 1603. obiit Georg. Fridericus Marchio Brandeburgius Princeps in Jägerndorff, 1607. Joannes Christianus Dux Sonderburgius nascitur.

E. XXVII. 1285. Bertholdus Zaringiæ Dux vita excedit, eodemque anno & die Otho IV. Imp. è familia Guelphica moritur, 1408. Philippus Valesius Dux Burgundiæ extinctus est, 1468. Fridericus Polon. Cardinalis Episc. Cracoviensis nascitur, 1478. Iulianus Medices 19. vulneribus perimitur, 1500. Natus Ludovicus Com. Vadimontanus, 1506. Academia Francofurt. ad viadrum conditur, 1521. Ferdinandus Magellanus Indiæ repertor, illic vitam deserit.

F. XXVII. 740. Acca Strenes halcensis Monachus Domnocensis Episcopus Frisia conversa, hac die mortuus, locum in Fastis sibi jure suo deposcit, 1228. Stephanus Cantuariensis Archiepiscopus ex monacho, is qui primus Biblia, ut hodie habentur in capita distinxit, moritur, 1525. Anna Mechelburgia, Uxor Wilh. Landgr. Hassiæ moritur, 1555. Nascitur Carolus Frid. Dux Cliviæ, 1641. Generalis Saxonis Arnheimius. & 1643. Philipp. Landgr. Hassiæ Darmstad. extinguitur.

G. XXIX.

G. XXIX. Anno Christi 1000. circ. Moritur Sighardus Marchio Brandeburgius, 1109. Magnus ille Hugo Samurensium Princeps Cluniaci Abbas, bis millium, Cœnobiorum moderator cælis immigrat, 1042. Michaeli Calaphati Orientis Imperatori oculi eruuntur, 1042. Terræmotus bimester in Oriente desinit, 1553. Albertus Fridericus Dux Brunsüicensis nascitur, 1559. Vita excedit Franciscus Ottho Dux Lunæburgius, 1604. Christianus Princeps Culmbacensis ducit Mariam filiam Alberti Frid. Brandeburgij.

A. XXX. Anno Christi 60. Tenebræ horribiles, ipsa meridie in Armenia nocte obscuriores. Romæ ingens terræmotus, 689. Cedulla Rex Angliæ moritur, 1166. Wilhelmus cogn. Malus Rex Siciliæ Vita excedit, 1217. Cometa apparet, quem pestilens lues insequitur, 1425. Jacoba Bavara Hollandiæ Princeps Burgundum profligat, 1458. Georgius Podiebratius Rex Bohemiæ coronatur, 1485. Christophorus Bavarus Boios armis coërcet 1595. Prope Bruxellas frumento pluit, 1651. Ferd. III. Imp. Leonoram Mantuæ Princ. conjugẽ ducit.

MAIVS.

B. I. Solemnis hæc dies Regibus Galliæ, olim fuit, dum Majores domus, sive Supremi Aulæ Præfecti omnia ordinarent, nunquam se toto anni tempore præbentibus, quam primo Maij, quo curru circum vecti, vivere se comprobabant, more octoginta ferè tres annos durante, donec ab illis Regno penitus exverentur, 751. Pipinus Caroli Magni parens, Galliarum Rex à S. Bonifacio Suessione sacratur, 1166. Wilhelmus cognomento Bous Rex Siciliæ coronatur, 1187. Saladinus nostrorum viginti millia & sexcentos in Pales

china profligat, 1199. Bela III. Ungariæ Rex moritur, & 1344. Nicolaus Marchio Atestinus, sed & 1484. Albertus Saxo, Duc Elect. Moguntinus.

C. II. 1220. circiter obiit Mafalda Castellæ Regina Henrici I. conjux Sancij Portugalliæ Regis filia, Alphonsi II. Soror Monialis demum Arocæ aliquot post mortem sæculis incorrupta & cælestem fragrantiam spirans, 1568. Eberhardus Dux Wirttenbergiæ ætatis, 22. moritur, 1594. Franciscus Carolus Dux Saxoniæ Lavvenburgius nascitur, 1598. Pax Hispanum inter & Gallum solemniter confirmatur, 1616. Venerabilis P. F. Candidus Nucalensis Monachus Vir Apostolicus mortuorum resuscitator mirificus ad præmia æternitatis vocatur 1616. Maria imperatrix Aug, Ferdinandi III. Conjux religiosissima, Philippi IV. Hispan. Regis Soror extinguitur.

D. III. Anno Christi 590. circiter S. Marculphus Abbas, qui Regibus Galliarum gratiam strumas curandi à Numine impetravit, 1180. circiter obiit Waltherus Abbas Meilrosensis Davidis Scotiæ Regis filius, magnis meritis coruscus ob. 1341. Elisabeth. Saxon. Ducissa Uxor Obizonis Atestini Principis, extinguitur, 1481. eadem dies suprema Mahometi II. Turcorum Imperatori fuit, 1536. Delphium Hollandiæ urbs grandi incendio exuritur, 1589. Julius Dux Brunsuicensis Helmstadianæ Academiæ Conditor moritur. Eodem anno & die Catharina Ducissa Lotharin. cum Ferd. Florentiæ Duce nuptias celebrat.

E. IV. 716. Moritur Ethelredus Merciorum Rex, ex Rege Monachus, Pendæ Regis filius, qui miro exemplo, publicæ utilitatis causa præterito optimo filio Ceobrodo, fratris filiū Coenredum, sibi

sibi in Regno substituit, 1120. Gandavi in Belgio metuendo incendio supra mille ædes exustæ sunt 1316. Iterum lugubris incendio eadem, dies, altera parte Pragæ exusta, cum non ita pridem altera ex incendio restaurata esset, 1580. Nicolaus Comes Salmensis Heros meritissimus moritur.

F. V. 701. S. Mauroutus Regij generis Abbas Duaci prodigiosus contra hostes defensor ad cælos emigrat, .056. Dedo Palatinus Saxoniæ, equũ conscensurus ne farie occiditur, 1341. Andronicus Imperator moritur, 1543. Sigismundus Polon. Rex cum Elisabetha Ferd. I. Imp. filia nuptias celebrat, 1582. Ioann. Fridericus Dux Wirttenbergiæ nascitur, 1583. Sophia Wirttenbergensis nubit Frid. Wilhelmo Duci Saxo Lauenburgio, 1629. nascitur Ioann. Georgius Dux Mechelburgius.

G. VI. 749. circiter moritur hâc die alter ille Orientis Sol, Ioannes Damascenus, omnibus fastis ob ingentia merita inserendus, relictis ingenij monimentis im̃ortalis, 1211. Conradus Marchio Lusatiæ moritur, & 1236. Casimirus Dux opoliensis & Teschinensis, 1459. Georgius Podiebradius Rex Bohemiæ salutatur, alij aliter, 1464. Sophia Regis Poloniæ filia Uxor Friderici Brandeburgij nascitur, ut & anno 1577. Catharina Sophia Otthonis Lunæburgij filia, 1592. Moritur Georgius Ioañes Com. Palat Lüzelst. 1626. Christianus Dux Brunsu. Episc. Halberst. extinguitur.

A. VII. 1095. Gisila S. Stephani Unga. Regis Uxor S. Henr. Imp. soror, Abbatissa demum religiosissima ad superos emigrat, 1370. David II. Rex Scotiæ vita excedit, 1472. Saganensis civitas tota in cineres collabitur horribili incẽdio exusta

1480. Philippus Comes Palat Ludovici V.frater nascitur, 1572. Terræmotus Constantinopoli S. Margarethæ Basilicam, multasque ædes evertit & ad 4000.hominum opprimit, 1586. Georgius II.Dux Lignicensis moritur,1591.Agnes Wirten. P.Francisci Julij Sax. Ducis Uxor nata est,1626. Eleonora Maria Princ. Anhaltina nuptias cum Joan Alberto Duce Mechelburgio celebrat.

B. VIII. 654. moritur Ida sive Iduberga Brabantiæ Ducissa Pipini Senioris conjux, mater S. Gertrudis, cujus, miro exemplo, filia in sacro habitu fieri voluit, 1175. Petrus Tarentasiensis ex Monacho Episcopus, grandium meritorum pastor ad cælos evolat, 1429. Joannes Buchaniæ Comes occubuit, 1623. Florina Ernesta Princeps Wirtenbergensis nascitur, 1627. obiit Barbara Wirtenbergia, Ux.Friderici March. Badensis.

C. IX. Anno Christi 483. nonnulli Neopotem hac die prope Salonam strangulatum contendunt, 1328. Juditha Uxor Rudolphi I. Electoris Saxoniæ moritur, 1488. Fridericus I. Dux Lignicensis, & 1531. Georgius primus eo nomine Dux Pomeraniæ, extinguuntur, 1595. Ioan Fridericus Sax. Dux in captivitate decedit, 1617. Natus est Fridericus Hassiæ Landgravius, qui bello Sueciæ contra Polonos occubuit 1635. Nascitur Augustus Princeps Arnsböck, &c. è Ducibus Holsatiæ, &c.

D. X. 833. Singulare Treverensis Ecclesia decus, Hamularius Fortunatus, idem ibidem Archiepiscopus & S. R. E. Cardinalis, sancte moritur, 1230 B. Beatrix Princeps Atestina in Murio Semmulæ mira effulget vitæ sanctitate, 1309. Ignei in cælo exercitus concurrere visi, 1375. Stephanus Bava-

Bavariæ Dux cogn: Landtshutensis, moritur, aliis serius, 1521. Joannes Ernestus Sax. Dux & 1642. Sylvius Nimrod Wirtenbergiæ Dux nascitur.

E. XI. 975. Albericus Consul Urbem Romanam violenter occupat, 993. Communis Regum pater Europæ Thaumaturgus Majolus Cluniacensis Abbas moritur. 1453. Hermolaus Barbarus vir eruditissimus nascitur, 1521. Natus eodem die Mauritius Saxoniæ Elector, 1574. Horribili atque inprimis memorabili exemplo, cives Veneti, in communi & vastissimo Venetiarũ incendio, dum S. Marci Basilica, & Ducale palatium flam̃is collucescerent, & aliquot millia ædium arderent, restinguere tamen recusant, accusantes Magistratum, pacis cum Turca initæ vindictam hac Numinis adorantes, 1576. Techmes Persarum Imperator moritur.

F. XII. 687. Rictrudis Princeps Serenissima, Dagoberti Regis cognata, Generositatis mirificum exemplar, Marcianensis demum monialis & Abbatissa moritur. 1498. Americus Vesputius altera vice in Americam è Lusitania solvit, 1500. Rex Portugalliæ Emmanuel, Classem versus meridiem mittit, quæ Callecutium pertigit, 1515. Christophorus Wirtenbergiæ Dux nascitur, 1586. Anna Com. Palat. Uxor Caroli Marchi-Badensis moritur, 1589. obiit Æmilia Wirtenbergia Uxor Richardi Com. Palatini Simmerensis, 1641. Thomæ Staffordiæ Comiti, Vice-Regi Hiberniæ caput amputatur.

G. XIII. 809. Hermingardis Regina Desiderij Longobardorum Regis filia, Caroli Magni conjux prima, & quod infæcunda esset repudiata in Monasterio S. Iuliæ Brixiensi religiosissimè de fungitur,

gitur, 712. Pribislaus in aratri ferro prandens, ob idipsum à Lybussa maritus eligitur, & Princeps Bohemiæ constituitur, 1240. Constantia Acroniana sive Potamica, fœdo incendio vastatur, 1472. Elisabetha Poloniæ Regis filia, Uxor Friderici Ducis Lignicensis nascitur, 1534. Ferdinandi Regis copiæ à Philippo Hassiæ Landgravio cæduntur. 1585. Bruxella Parmensi Principi, Belgij Gubernatori deditur.

A. XIV. 1481. Rupertus Comes Palat. Rheni frater Electoris nascitur, 1525. Hassiæ Landgravius rusticorum rebellium quinque millia profligat, 1532. Ericus Dux Brunsuicensis Episcopus Osnaburgensis moritur, 1548. Urbs Plauwen unica sclopi explosione exardescens tota exuritur, 1643. Ludovicus XIII. Galliarum Rex hac ipsa die qua ante annos 33. pater ejus Henric. IV. parricidiali occubuerat manu, moritur.

C. XV. Anno Christi 67. Judæi rebelles plurimas Passim per Syriam Urbes cæso Romanorum præsidio occupant, 572 Comum & Cremona nobiles Italiæ Urbes conditæ memorantur, 1038. Gisala S. Henrici Imp. soror Regina Ungariæ vita excedit. 1081. Uladislaus Poloniæ Rex Pomeranos & Russos gravi clade profligat, 1118. Zonoras scriptor clarissimus vivere desinit, 1185. Thessalonica à Philippo Galliarum Rege expugnatur, 1464 Pius II. Pont. Max. moritur, aliis, 14. Aug. 1528. Odattus Foixius Gallici exercitus Dux, cogn. Urbium Expugnator moritur, 1545. Fulmine accensa Gottha exuritur, 1587. Exercitus in aëre acriter congredi visi sunt, 1607. Hermannus Hassiæ Laudgravius nascitur, 1650. Maria

ria Anna Thereſia, filia Regis Poloniæ ſolemniter baptizatur.

D. XVI. 1190 Dedo Rochlizius Marcho Luſatiæ moritur, 1339 Actius Vicecomes Galeazij filius mortalibus valedicit, 1342. Carolus Martellus Rex Ungariæ ex Principe Salernitano è vivis migrat, 1596 Fridericus V. Elector Palatinus naſcitur, 1626. Margarita de Veyni d'Arconza, & c. Vallis Gratiæ Abatiſsa, miraculum ſuæ ætatis, ſig is prodigioſis in vita & à morte miranda, ſancto fine decedit.

E. XVII. 754 Regno æternitatis immigrat F. Carolomannus Pipini Gall. Regis frater Caroli Magni Patruus ex Rege maximo, monachus C. ſinas humillimus, & ovium Monaſterii paſtor, inſignibus à morte prodigijs à Deo honoratus, 1430. Uladislaus Rex Poloniæ coronatur, 1486. Carolus Dux Lotharingiæ naſcitur, 1503. Pragæ horibili in cendio ſupra mille ædes conflagrârunt, 1544 Regiomontana Academia fundatur, 1550. Nicolaus Salmæ Comes, & 1558. Mechtild Land. Hasſiæ Wilhelmi Senioris filia, & 1581. Laurenti' Priolus Venet Dux, & 1581. Sabina Wirtenbergia Uxor Wilhelm Hasſiæ, Landgr. moriuntur, 1585. Moritur Barnabos Vicecomes Dux Mediolani, & 1626 Philippus Landgr. Hasſiæ.

F. XVIII 1231 Uladislaus Laſconogus Princeps polon. & 1354 Ottho Dux Brunſuicenſis, & Lunæburgius, & 1595 Albertus cum Trica Archid. Auſtriæ, moriuntur, 1598 Ruper. Elect. Palſit Imp. 1541. Henr. Saxo Miſniæ, Dux vitam relinquit, 1581. Cameracū Alençonio ſe dedit, 1606 Maria Anna Philippi III. Hiſp. Regis fil. naſcitur.

1651.

1651. Amalia Elisab. Landgravia Hassiæ, Comitissa ab Hanaw moritur.

G. XIX. 1070. S. Sebaldus Daciæ Regis filius, ex Monacho Norimbergensium Apostolus claret, & hac die defungitur, 1186. Moritur Galfridus Angliæ Regis filius, 1506. Alexander Poloniæ Rex Paralyticus moritur, 1550. Æmilia Ducissa Wittenbergiæ, Uxor Richardi C. Palat. Simerensis nascitur, 1557. Fridericus Dux Wirttenbergius in lucem editus, 1604. Otrho Henricus Comes Palatinus Sulzbacensis obiit, 1622. Frideric. Saxo Weinmariensis occubuit.

A. XX. 758. Egbertus sive Eadbertus Northumbriæ Rex, sequutus Ceolulphi Antecessoris propositum relicto Regno Monachus moritur, 844. Lotharius Imp. post bella varia cum fratribus reconciliatur, 964. Niceph. Phocas Imp. Orientis coronatur, 1260. Ezelinus ab Azoneguelpho cũ 8000. cæsus, 1406. Natus Rupertus Imp. Bavar. Princeps, 1471. Borsius Dux Ferrariensis laudatissimus moritur, 1613. Nascitur Sophia Elisab. Duc. Mechelburgia, Uxor Augusti Ducis Brunsuicens. 1623. Ludovicus Philippus Landgr. Hass. Darmstatt. nascitur.

B. XXI. Anno 902. Berengarius Italiæ Rex ab Imperatore in fugam agitur, 1025. Burchardus Wormatiensis ex Laubiensi seu Laubacensi Monacho Episcopus, alter Wormatiæ Conditor moritur, qui Opus Decretorum 20. libris composuit, 1367. Engelbertus Mariæ Comes Episcopus Leodiensis extinguitur, 1471. Uladislaus Rex Pragæ coronatur, 1554. Joanna

Graja

Graia, cum marito Roberto Dudlejo in Angliæ decollatur, 1570. Christophorus Dux Lunæburgius, & 1623. Ludovicus Friderici V. Elect. Palat. filius, nascitur.

C. XXII. 958. Eberhardus Franconiæ Dux Monachus & Abbas Einsidlensis in Helvetia moritur, â vitæ sanctitate celebratus, 1485. Richardus Angliæ Rex, ab Henrico Richemondiæ Comite bello superatus, occumbit, 1531. Joannes Tarnovius Russiæ Palatinus Petrum Moldaviæ Principem profligat, 1551. Nascitur Ericus III. Dux Pomeraniæ, 1647. Urangelius â Joanne de Werdt & Comite de Montecuculi gravi clade atteritur.

D. XXIII. 1241. Gregorius IX. Pont. Maximus, Comes figniæ, vir optimè meritus, de Repubul. Christiana moritur, 1194. Henricus Imp. Neapolim expugnat, anno 1312. Franciscus Marchio Atestinus â Didaco Dalmasio, in Urbis Ferrariæ ingressu confoditur, 1415. Wartislaus VIII. Dux Pomeraniæ, & 1503. Anna filia Regis Poloniæ, Uxor Buglavi X. Pomeran. Ducis, moriuntur, 1587. Joannes Fridericus Comes Palatin. ab Hilrpoltstein nascitur, 1595. Simon Bassa â Transsylvanis profligatur, 1625. Anna Elisabeth. Ducissa Saxon-Lauenburgia nascitur.

E. XXIV. Anno Christi 82. Vesuvius in Campania horrendum inardescit & flammas late evomit. In Sicilia item ingenti terræ motu Pompea, Heraclea seu Herculana cum multis alijs oppidis evertuntur, multis mortalium millibus opressis, 387. Gratianus â Maximo victus est, 1070. S. Ebba Abbatissa Allophylis Mônasterium invadentibus, cum suis Virginibus nates sibi cum labro

bro præscindit, horrori ut hostibus essent & Virginitatem tuerentur, inde cũ Manrio toto exultæ 1368. Casimirus Dux Pomeraniæ moritur, 1436. Sigismundus Imp: Pragam ovans ingreditur, 1514. Beglerbegus à Persis gravi clade profligatur, 1518. Augustæ Susanna Ducissa Bavariæ nuptias celebrat cum Casimiro March. Brandeburg: Anspacensi, 1543. Duram expugnat Carolus V. Imp. 1598. Nascitur Christianus Com. Palatinus in Bischvveiler.

F. XXV. 775. Gregorius ex Monacho Wiltaburgensi Trajectensis Episcopus & Frisoniæ Apostol⁹ ad præmia æternitatis emigrat, 1015 Gero & Ottho Lusatiæ Comites & Marchiones bello Polonico occumbunt, 1573. Elisabetha Daniæ Regis filia Uxor Henrici Julij Ducis Brunsuicensis, & Clara Augusta Ducissa Brunsuicensis anno 1632. nascuntur.

G. XXVI. 705. Chinneburga sive Cymburga Northumbriæ Regina, Alfredi Regis conjux, Pendæ Merciorum Regis filia, cum mariti sequuta exemplum Monasticen professa esset, Abbatissa demum facta moritur non sine opinione sanctitatis, 1278 Premislaus vulgo OthocarusBohemiæ Rex, fortiter pugnans contra Rudolphum I. in acie occumbit, 1436. Ioannes Rex Bohemiæ pugna ad Cresciacum inter Confertissimos hostes cadit, 1514. Persæ à Turcis grandi prælio profligantur, triginta millibus trucidatis, 1516 Selymus Turcarum Imperator contra Mamaluccos insigni potitur victoria, 1580. Philippus Dux Saxoniæ inferioris, & 1625. Carolus OtthoComes Palatinus Birckenfeld nascuntur.

A. XXVII. 1181. Alexand. III. Pont. Max. Monacho

Graia, cum marito Roberto Dudlejo in Anglia decollatur, 1570. Christophorus Dux Lunæburgius, & 1623. Ludovicus Friderici V. Elect. Palat. filius, nascitur.

C. XXII. 958. Eberhardus Franconiæ Dux Monachus & Abbas Einsidlensis in Helvetia moritur, á vitæ sanctitate celebratus, 1485. Richardus Angliæ Rex, ab Henrico Richemondiæ Comite bello superatus, occumbit, 1531. Joannes Tarnovius Russiæ Palatinus Petrum Moldaviæ Principem profligat, 1551. Nascitur Ericus III. Dux Pomeraniæ, 1647. Urangelius á Joanne de Werdt & Comite de Montecuculi gravi clade atteritur.

D. XXIII. 1241. Gregorius IX. Pont. Maximus, Comes figniæ, vir optimè meritus, de Republ. Christiana moritur, 1194. Henricus Imp. Neapolim expugnat, anno 1312. Franciscus Marchio Atestinus á Didaco Dalmasio, in Urbis Ferrariæ ingressu confoditur, 1415. Wartislaus VIII. Dux Pomeraniæ, & 1503. Anna filia Regis Poloniæ, Uxor Buglavi X. Pomeran. Ducis, moriuntur, 1587. Joannes Fridericus Comes Palatin. ab Hiltpoltstein nascitur, 1595. Simon Bassa á Transsylvanis profligatur, 1625. Anna Elisabeth. Ducissa Saxon-Lauenburgia nascitur.

F. XXIV. Anno Christi 82. Vesuvius in Campania horrendum inardescit & flammas late evomit. In Sicilia item ingenti terræ motu Pompea, Heraclea seu Herculana cum multis alijs oppidis evertuntur, multis mortalium millibus opressis, 387. Gratianus á Maximo victus est, 1070. S. Ebba Abbatissa Allophylis Monasterium invadentibus, cum suis Virginibus nates sibi cum labro

bro præscindit, horrori ut hostibus essent & Virginitatem tuerentur, inde cũ Manrio toto exultæ 1368. Casimirus Dux Pomeraniæ moritur, 1436. Sigismundus Imp: Pragam ovans ingreditur. 1514. Beglerbegus à Persis gravi clade profligatur, 1518. Augustæ Susanna Ducissa Bavariæ nuptias celebrat cum Casimiro March. Brandeburg: Anspacensi, 1543. Duram expugnat Carolus V. Imp. 1598. Nascitur Christianus Com. Palatinus in Bischvveiler.

F. XXVI 775. Gregorius ex Monacho Wiltaburgensi Trajectensis Episcopus & Frisoniæ Apostol⁹ ad præmia æternitatis emigrat, 1015 Gero & Ottho Lusatiæ Comites & Marchiones bello Polonico occumbunt, 1573. Elisabetha Daniæ Regis filia Uxor Henrici Julij Ducis Brunsuicensis, & Clara Augusta Ducissa Brunsuicensis anno 1632. nascuntur.

G. XXVI. 705. Chinneburga sive Cymburga Northumbriæ Regina, Alfredi Regis conjux, Pendæ Merciorum Regis filia, cum mariti sequuta exemplum Monasticen professa esset, Abbatissa demum facta moritur non sine opinione sanctitatis, 1278 Premislaus vulgo Othocarus Bohemiæ Rex, fortiter pugnans contra Rudolphum I. in acie occumbit, 1436. Ioannes Rex Bohemiæ pugna ad Cresciacum inter Confertissimos hostes cadit, 1514. Persæ à Turcis grandi prælio profligantur, triginta millibus trucidatis, 1516 Selymus Turcarum Imperator contra Mamaluccos insigni potitur victoria, 1580. Philippus Dux Saxoniæ inferioris, & 1625. Carolus Ottho Comes Palatinus Birckenfeld nascuntur.

A. XXVII. 1181. Alexand. III. Pont. Max. Mo-

nacho rebus præclarè gestis immortalis moritur, 1306. Wenceslaus III. Rex Bohemiæ, ebriosus Juvenis & insolens, anno ætatis 18. â sicario quodam Olomucij tribus vulneribus confoditur, 1346. Rudolphus Dux Lotharingiæ moritur, 1471. Georgius Dives Saxoniæ Dux, & Fridericus Dux Brunsuicensis, Wilhelmi filius, & 1633. Augusta Princeps Glücksburgia, nascuntur, 1652. Notissimus ille diversis Germaniæ Conventibus, Salvius Legatus Suecicus moritur.

B. XXVIII. Nicomedia Bithyniæ cum multis urbibus tota penè terræ motu subruitur, 876. Ludovicus Rex Bojorum moritur, alij aliter, 1550. Antonius Perennotus S. R. E. Cardinalis, vir clarissimus extinguitur, 1587. Christianus Wilhelmus Elector Brandeburgius nascitur.

C. XXIX. 672. S. Sebbi Anglorum Rex mirificus, felicissima morte in cucullo defungitur, pro eximijs meritis miraculosis signis inter Sanctos relatus, 684. sive 835. obiit, S. Ebba Ethelfridi Regis filia Collinghamensis Abbatissa, rejecto Aidani Scotiæ Regis connubio gloriosa, 1595. Joachimus Ernestus, Christiani III. Daniæ Regis ex Joanne filio nepos nascitur, 1648. Nascitur Anna Sophia Ducissa Wirttenbergiæ.

D. XXX. 1181. Moritur Henricus senior Comes Wettinensis, 1498. Christophorus Columbus, ulteriores in Indiam progressus suscipiens, nimio æstu sese recipere cogitur, 1505. Elisabetha Regina & hæres Bohemiæ, Uxor Casimiri Regis Poloniæ moritur. 1577. Nascitur magnus filius Wilhel. Duc. Brunsuic. 1579. Polonia â Rege Stephano occupatur.

E. XXXI.

E. XXXI. Anno Christi 651. Moritur magnus ille Aidanus Lindisfarnensis ex Monacho Herensi Episcopus SS. Osvvaidi & OsvviniRegum institutor, immortaliter de Anglia meritus. 720. Vita sancta defungitur S. Cuthburgis Chenredi occidentalium Saxonum Regis filia, Uxor Osredi Nortumbriæ Regis Virgo in ipso conjugio donec in cucullo Regum Regi se devoveret. Natalis idem dies S. Eansuidæ Abbatissæ Eadbaldi Cantiæ Regis filiæ, quæ anno 640. floruit, 1629. Nascitur Anna Margarita Landgr Hass. Darmstad. Uxor Philippi Ludovici Ducis Holsatiæ.

SEPTEMBER.

F. I. Anno Christi 1118. Tanta inundatio fluviorum passim & per Bohemiam, ut Pragæ pontem aquæ 12. pedibus superaret seu excederet, 1267. Juliana Comitissa de collalto Abbatissa S. Cathaldi Venetijs moritur, reperta post annos 32. incorrupta, uti & hodie dormienti similis jacet supra proprium altare, 1339. Henricus Dux Bavariæ moritur, 1359. Infesta Pragæ hæc dies, cum inundatio denuo magna ipsi damna inferret, pontesque rumperet & abriperet.

G. II. Anno Christi 700. Moritur S. Agricolus Avenionensis è Monacho LirinensiEpiscopus, & Tutelaris, qui urbem illam sæpius prodigiosè ab hostibus, incendio, peste fame, aliisque malis compertissimis miraculis liberavit, 1402. Ioannes Galeatius Vicecomes primus Mediolani Dux extinguitur, &c. 1547. obiit Ferdinandus Cortesius, Novæ Hispaniæ Inventor, 1556. Ingens terræmotus in Oriente ædes dejicit, homines op-

primit, ingentiaque damna provinciis infert, maximè circa mare Caspium, 1566. Giula à Turcis proditione occupata, 1578 Eleonora Austriaca Uxor Francisci I. Gall. Regis moritur, 1645. Jacobus Dux Curlantiæ nuptias solemniter celebrat cum Loysa Charlotta filia Georgii Wilhelmi Electoris Brandeburgii.

A. III. Anno Christi 1189. Richardus Angliæ Rex insigni pompa coronatur, 1361. Aldrobandinus Marchio Atestinus & Ferrariensis moritur. 1420. Robertus Fissæ Comes Roberti filius decessit, 1501. Waltherus de Plettenberg ad 30000 Moscorum, grandi illata clade, contrucidat, 1559 Dorothea Maria Wirtenbergia, Uxor Otthonis Henrici Comitis Palatini Sulzbacensis, & 1617 Loysa Charlotta Brandeburgia, Ux. Jacobi Curlandiæ Ducis, nascuntur.

B. IV. 882. Saraceni Italiam vastant, & hac die Casinum exurentes totum S. S. Monachorum ibi collectum exercitū pro fide Christi torquentes, contrucidant, 816. circiter floret, & hac die moritur Ida, Egberti Ducis Carolo Magno familiarissimè chari vidua S. Germani Abbatissa moritur, 1560. Carolus Comes Palat. Birckenfeldensis nascitur,

C. V. 689. S. Bertinus primus Sithivensis Cænobii Abbas, á se deinceps cognominati, Belgium multo labore demeritus moritur, 590. alii 88. voluere Autharis Longobardorum Rex peste decessit, 1157 tres Lunæ in aëre apparuere, 1345. Ioanna Regina Neapolis, Andream maritum Ungariæ Regem strangulari jubat, 1622. Anna Maria Ostfrisia, nubit solemniter Adolphi Frider. Duci Mechelburgio 1627. Iulius Peregrinatius Dux Wirtenberg. nascitur.

D. VI.

D. VI. 640. S. Magnus claret in Germania, obiitque hac die, 14 Divis Auxiliatoribus, quintus decimus pro meritis accensus, Germaniæ superioris, in Rhætia, Alemansgovia, & Vindelicia Apostolus, Ferrifodinarum primus repertor, serpentium & infectorum profligator, Abbas Faucensis. 1273. obiit Helena Otthonis IV. Imp. filia Ux. Alberti primi Saxoniæ Electoris, 1544 Anna Landgr. Hassiæ, Ux. Wolfgang. Com. Palat. Ducis Neoburgii moritur, 1547. Carolus filius Alberti Ducis Bavariæ, & 1578. Fridericus Dux Lunebutgius, nascuntur, 1581. Naruam, Livoniæ Sueci occupant

E. VII. Ludovicus cognomento Balbus, coronatur Imperator, 1159. Ottho Frisingensis Episcopus, ex Monacho Morimundensi, S. Leopoldi Austriæ Marchionis filius, de re litteraria optimè meritus, moritur, 1319. Waldematus Elect. Brandeburgius moritur, 1411. Nascitur Fridericus II. Elector Saxon. 1464. Fridericus idem, cogn. Placidus Elector Saxoniæ moritur, 1533. Nata Elisabeth Angliæ Regina Henrici VIII. Regis & Aña Boleniæ fil. 1589. August. Sax. Dux nascitur.

F. VIII. 730. claret S. Corbinianus S. Altonis collega ex Apostolo Bavariæ, Frisingensium primus Pontifex, post ingentia merita hac die mortuus, 701. Migrat è terris S. Sergius Papa primus optimè meritus, 1277. Moritur Hedvviges, Uxor Ioannis II. Electoris Brandeburgij, 1515. nascitur Maria Angliæ Regina, 1625. obiit Amœna Uxor Ludovici Principis Anhaltini, 1633. Nascitur magno bonorum plausu Ferdinandus IV. Romanorum deinceps Rex Augustæ Vindel. creatus, Ratisponæ coronatus.

G. IX. 695. Tarvanensium Apostolus, Morinensium ex Monacho Luxoviensi Episcopus S. Andomarus moritur, sub cujus nomine & patrocinio civitas S. Audomari, Audomaropolis, vulgò S. Omeer còndita est, 1158. Mediolanum Cæsari Friderico Barbarossæ deditur, 1610. Fridericus IV. Elector Palatinus moritur, 1637. Nascitur Joan. Fridericus Dux Wirttenbergiæ.

A. X. 587. S. Salvius olim à mortuis resuscitatus, vir per omnia admirandus, post ingentia merita denuo resolvitur, 1419. Joannes dictus Malus, Burgundiæ Dux ex insidiis interficitur, 1513. Jacobus IV. Scotiæ Rex ad Fluidonem in Northumbra fortiter pugnans occumbit cum magna parte Nobilitatis, 1547. Georgius Landgravius Hassiæ nascitur, 1577. Sidonia Henrici Brunsuicensis filia nascitur. 1599. Christianus Dux Brunsuicensis Episcopus Halberstadensis nascitur.

B. XI. 1435. Wilhelmus III. Dux Bavariæ moritur, 1525. Nascitur Joannes Georgius Elector Brandeburgius, 1557. Joannes Dux Brunsuicensis occubuit, 1627. Nascitur Joan Ernestus Dux Saxoniæ Weinmariensis, 1652. Insignis ille Heros Ioannes de Werth Baro, bello Germanico celeberrimus, extinguitur.

C. XII. 1258. B. Thesaurus ex Abbate & Generali Vallumbrosano S. R. E. Cardinalis & Apostolicus, dum in componendis factionibus Guelphica & Gibellina religiosissimè laboraret, à factiosis interfectus gloriosè occumbit, 1500. Albertus Dux Saxoniæ Misniæ Marchio moritur, 1514. Nascitur Philippus Dux Mechelburgius, 1557. Grandi tempestate exundantibus fluvijs & mari se effundente, ingentia per Italiam & Siciliam

liam damna, in Panhormo ſolo 180 .ædes abreptæ ſeu obrutæ, & 10000. hominum abſorpta, multò plures Neapoli, alibi integri pagi demerſi ſunt, 1615. Sophia Haſsiæ Landgr. naſcitur, 1645. Moritur Nicolaus Eſterhazius Palatinus Ungariæ 1649. Regis Daniæ filius in Coppenhagen magna ſolemnitate baptizatur, 1652. Fridericus Carolus Princeps Wirtenbergius naſcitur.

D. XIII. 416. Libo Druſus ſeſe cogitur occidere, 1268. Agnes Regina Bohemiæ Uxor Henrici March. Miſnenſis moritur, 1436. Wilhelmus Dux Bavariæ vita excedit, 1500. Calecutium navigatione repertum, 1502. Waltherus de Pletenberg ad 40000. vel, ut nonnulli volunt 90000 Tartarorum cædit, 1566. Sigiſmundus Marchio Brandeburg. Archiepiſcopus Magdeburgenſis moritur, 1569. Venetijs fulmine tacta turris, in qua centum centenarij pulveris tormentarij aſſervabantur, inde aliquot ædium millia momento diſsipata ſunt, multis hominum millibus peremptis, 1584. Franciſcus Julius Inferioris Saxoniæ Dux naſcitur, 1650. Vita excedit Ferdinandus Elector Colonienſis Dux Bavariæ.

E. XIV. Anno Chriſti 339. Conſtantinus Imperator templum Sancti Sepulchri Ieroſolymitanum, ſolemni pompa dedicati curat, 948. Sacellum Deiparæ Einſidlenſis Cænobij, præſenti & intuente Sancto Conrado Guelpho Principe Conſtantienſium Epiſcopo ſolemniſsimè hac die Chriſtus Domine ipſe conſecrat, & voce cælitus delapſa, Sancto Udalrico, totique populo, ita revera geſtum, confirmat, 936. S. Unni

Bre-

Bremensis ex monacho Corbeiæ Archiepiscopus, Daniæ, Sueciæ, Gotthiæ Apostolus, suis laboribus feliciter emmoritur, 1351. Dantisci miro ventorum turbine 37. turres evertuntur, 1509. Constantinopolis Terræmotus ab hâc dies, quadraginta alijs continuatus incipit, quo montes fissi & dejecti, ac splendida ædificia quamplurima corruere, 1515. prope Marignanum 7000. Helvetiorum cæsa sunt, 1588. Robertus Dudlæus Comes Lycestriæ moritur.

F. XV. 695 S. Aichardus Abbas Gemmeticensis 900. Monachorum pater, edoctus de eorumdem prædestinatione, moritur præmissis, 450. suorum admiranda in obitu luce circum datorū. 1014. Samuel Bulgarorum Princeps, accepta ingenti clade, ex mœrore moritur, cui Gabriel filius succedit, 1485. Stephanus Moldaviæ Princeps Regi Poloniæ se subjicit, 1504. Rupertus Comes Palat. moritur, 1607. Nascitur Carolus Philippi III. Regis Hispan. filius, 1537. Sophia Hermanni Hassiæ Landgr. Uxor moritur, 1641. Fridericus Wilhelmus Elector Brandeburg. Warschaviæ à Rege Poloniæ feudum suscipit.

G. XVI. 984 cælis infertur S. Editha Virgo Edgari Anglorum Regis filia, Monialis Wilthoniensis, quæ mortua in contumeliosum Regem Canutum impetum fecit, ipsumque pœnitentem desperatis rebus prodigiosè in certo naufragij periculo eripuit, 1365. Bertholdus Burggravius Norimbergensis moritur, 1581. Petrus Niers famosissimus latro prope Norimbergam capitur, & plectitur, quingenta quadraginta quatuor homicidia fassus, 1599 Ioann Casimirus Saxo. Dux solemni apparatu ducit Margaritam filiam Wilhelmi Ducis Brunsuicensis.

A. XVII. 698. S. Lambertus Trajectensis ex Monacho Episcopus quòd Pipinum Alpaidis concubinæ consortio abstinere moneret ab huius fratre interimitur, grandi deinceps prodigio, meretriculis divinitus prohibitis, sacrum ejus corpus accedere, 1181. Moritur magnum illud orbis Christiani Oraculum S. Hildegarda Abbatissa Bingiensis, spiritu prophetico illustrissima, 1428. Wilhelmus III. Dux Saxoniæ pestilenti lue extinguitur, 1483 Wilhelmus frater Frid. II. Electoris Saxoniæ, & 1520. Selimus Turcarum Imp. & 1545. Rudolphus Dux Saganensis, & 1547. Frid. II. Dux Lignicij, 1583. Catharina Poloniæ Princeps, Uxor Ioannis Sueciæ Regis, moriuntur.

B. XVIII. 888. S. Richarda Imp. Caroli Crassi conjux sanctissima, eo mortuo Monasticen profitetur, hac denique die felici agone consummatur, 1361. Ludovicus Elector Brandeburgius vivere desinit, 1553 Elisabeth filia Otthonis Brunsuicensis nascitur. 1587. Sidonia Maria Ducissa Teschinensis, & 1612. Joan. Augustus Comes Palat. Dux Bavar moriuntur.

C. XIX. 690. Magnus Anglorum Apostolus, Archiepiscopus, Cantuar. Primas, & Sedis Apostolicæ Legatus Theodorus, de Regno mire meritus, moritur. Anno Ch. 87. Antonius Pius Imp. nascitur, 1356. Petrus I. Bartonij Dux prælio Pictavensi cum Anglis commisso occubuit, pronepos S. Ludovici Regis, 1594. Januarium à Turcis captum, 1600. Joan. Fridericus Saxon. Dux Isenacensis nascitur, 1641. Pannerius Suecorum Generalis Stokolmij sepelitur.

D. XX. 972. Moritur S. Ratherius ex Monacho Laubiensi Veronensis primum dein Leodiensis Episcopus, velut alter Athanasius, pro Justitia & Zelo Religionis jactatus, Anthropomorphitarũ, & Sacramentariorũ, profligator gloriosus, 1281. Moritur Anna Imperatrix Comitissa Hochbergensis, Rudolphi I. Comitis Habspurgij Rom. Imp. Uxor, 1582. Catharina Oldenburgia nascitur, 1638. Maximilianus Philippus Hieronymus, filius Maximiliani Elect. Bavariæ, eodemque anno ac die Maria hæres Hispaniarum, nascuntur.

E. XXI. 1110. Suatopulcus Princeps Bohemiæ in castris Cæsaris prope Gloggovium sagitta ictus occubuit, 1440. Moritur Fridericus I. Elector Brandeb. 1457. Nascitur Hedvviges filia Casimiri Regis Polon. 1461. Sconza Russiæ Princeps Uxor Jagellonis Polon. Regis moritur, 1527. Casimirus Marchio Brandeburgius vita excedit, 1558 Moritur Carolus V. Imp. Aug. in Monasterio Vallis Toletanæ, curis humanis omnibus expeditus, 1569. Turca Astracanum obsidens, magna accepta clade, se proripit, 1580. Franciscus Diacus, cum totum orbem biennio & 7. mensium spacio obiisset, revertitur, 1595. Vicegradum à Christianis occupatur, 1637. Wilhelmus Landgr. Hassiæ Cassel obiit.

F. XXII. Apostolarum suum Martyrio consecrat Anno Christi 652. S. Emmeranus ex Monacho Aquitano, Bavariæ Apostolus, miraculis innumeris honoratus, 1465 Barnimus VI. Pomeraniæ Dux moritur, 1451 Joachimus Dux Pomeraniæ Stetinensis excedit è vivis, 1576. Philippus Bavariæ Dux Episcopus Ratisponensis nascitur, & 1601. Anna Maria Mauritia filia Philippi III. Regis Hispaniarum.

G. XXIII.

G.XXIII. 640. Circiter, moritur hac die S. Sira Eugenij IV. Scotorum Regis filia, devolutis ad eam Scotiæ sceptris Monasticen amplexa, 905. Mortalitatem exuit Joannes IX. Pont. Max. Monachus Tyburtinus, Ecclesiæ specimen, ob insignia merita appellatus. 1144. Obiit Joannes Franciscus Mantuæ Marchio, 1583. Christianus Saxoniæ Elector natus est, 1583. Parmensis Zutphen occubat.

A XXIV. Natalis dies Constantini Magni, Antiochiæ, Constantinopoli aliis locis ingens terræmotus, quo spectatissima ædificia corruere, multi obtriti sunt. Pestis inde consequuta Imperatorem urbe expulit, 740. Iterum terræmotus Constantinopoli, muros diruit, multaque hominum millia opprimit, 1042. Magnus ille Hungarorum Apostolus, eorundemque & Venetorum Protomartyr S. Gerardus Sagredus, Abbas S. Georgij Majoris dein Canadinensis Episcop Martyrio coronatur, 1064. In Græcia, Thracia, &c. & maximè Constantinopoli ingens terræmotus, ita, ut vulgò persuasissimum haberent diem Iudicij impendere, 1093. Tenebræ haud minus obscuræ, quam dierum, 1577. Ludovicus Hassiæ Darmstad. nascitur, 1591. Moritur Christianus I. Elector Saxoniæ.

B. XXV. 575. Moritur magnus ille Cassiodorus ex Urbis Consule Vivariensis Monachus, puerulorum in Monasterio Institutor, 717. Ceolfridus Abbas, Venerabilis Bedæ Præceptor apud Lingonas vita excedit, 1528. Nascitur item Otho Iunior Dux Brunsuicensis, 1557. In Apulia, Sicilia & Romæ multa millia hominum pereunt ex subita inundatione, 1580. Anna Uxor Philippi II. Hispan. Regis moritur.

C. XXVI.

C. XXVI. 1000. Magnus ille Orthonis III. Imp. Institutor S. Nilus Cryptæ Ferratæ Abbas moritur, ætatis 95. 1526. Wolffgangus Comes Palat. Rheni, Dux Neoburgius nascitur, 1585. Nuptiæ solemnissimæ Henrici Julij Ducis Brunsuicensis cum Dorothea filia Augusti Electoris Saxoniæ.

D. XXVII. 818. Hermingarda Imp. Ludovici Pij Aug. conjux extinguitur, 1048. Turcas insigni prælio vincit Constantin⁹ Monomachus Imp. Orientis, 1098. Exercitus in aëre pugnantes conspiciuntur, 1300. Natus Adolphus Elector Palat 1331. Rex Poloniæ memorabili victoria de Ordine Teuton. triumphat, supra 40000. contrucidat, 1481. Casimirus Marchio Brandeburgius Anspacensis Princeps nascitur, 1543. Moritur Georgius Brandeburgius Iagerndorffi⁹, 1578. Mustaphas Bassa strangulatur, 1581. In arce Frideck dum Richardus Baro streinius nuptias celebrat, Salâ seu aulâ quadam ruente 79. Barones nobilesque oppressi memorantur, 1647. Fridericus Magnus Badensis Marchio, & 1648. Carolus Gustavus Badensis item Marchio, nascuntur.

E. XXVIII. 750. S. Lioba Abbatissa, Magni Germanorum Apostoli Bonifacij consanguinea, altera Germaniæ Scholastica, summo in pretio à Magno Carolo habita moritur, 1206. Udalricus Comes Wethinensis moritur, 1238. Jacobus Aragonum Rex Valentiæ & Murciæ Regno cæsis fugatisque Mauris potitur, 1323. Victus â Ludovico Bavaro Fridericus Pulcher Austriacus, 1327.

1327. Tiresia Uxor Alphonsi IV. Aragonum Regis moritur, 1462. Nascitur Christina Saxon. Duc. Uxor Ioannis Regis Daniæ, 1588. Bonna Carolo Chinræo deditur, 1607. Moritur Elisab. Anhaltina, Uxor Joann Georgij Elect. Brandeburgij, 1620. Albertus Princeps Anspacensis, & 1654. Carolus Maximil. Wirtenberg. nascuntur.

F. XXIX. 1014. Mare in Anglia exundans multa millia mortalium mergit, 1108. Petrus Aragonum Rex, terror Maurorum juvenis moritur, 1300. Agnes Brandeburgia Erici VIII. Daniæ Regis vidua, & 1330 Elisabeth hæres Bohemiæ, moriuntur, 1548. Wilhelmus Bavariæ Dux nascitur, 1560. Solemniter nuptiæ Philippi Ducis Brunsuicensis, cum Clara Brunsuicensi cognata.

G. XXX. 407. Constantinopolis grandine terretur & laceratur, cùm unus lapis, tres libras, sæpe octo pondere adæquaret, post obitum S. Chrysostomi, 1173. Boleslaus Crispus Princeps Poloniæ moritur, & 1289. Lescus Niger & ipse Polonorum Princeps, & 1645. Fridericus Comes Palat. Landspergensis.

OCTOBER.

A. I. Anno Christi 829. Thraulus junior Imperator Orientis moritur, 1179. Primislaus obotritorum Princ. ex equo lapsus extinguitur, 1361. Ludovicus Bavarus, Elector Brandeburgius, & 1450 Leonellus Marchio Atestinus, moriuntur, 1510. Imperium Otthomannicum suscipit Solimannus II. 1536. Vrsula filia Ernesti Ducis Brunsuicensis nascitur, 1585. Moritur Anna Uxor Augusti Electoris Saxoniæ, 1586. Adolphus

Dux Slesuicensis vivere desinit, 1640. Nascitur Ludovicus Henricus Mauritius Comes Palat. Simmerensis.

B. II. 675. Vel ut alijs placet, 685. S. Leodegarius ex Monacho Sancti Maxentij, Augustodunensis Pontifex & Major Domus Regiæ, Martyrio afficitur, quod Ebroini scelera non probaret, 1416. Henricus Dux Brunsuicensis, & 1515. Barbara Scapusiensis, Uxor Sigismundi Poloniæ Regis, moriuntur, 1547. Philippus Ludovicus Comes Palat. Dux Neoburgius nascitur, & anno 1582. ejusdem familiæ Princeps, Augustus Sulzbacensis.

C. III. Anno Christi 67. Ierusalem à Romanis obsidetur, 859. Ingenti Tyberis inundatione, magna Romæ damna illata, & alibi passim toti pagi demersi cum hominibus sive abrepti, 1458. Casimirus Dux Lithuaniæ nascitur, 1551. Fridericus Brandeburgius Administrator Magdeburg. & 1559. Hercules II. Dux Ferrariæ, moriuntur, 1569 Memorabilis pugna Gasparis Colignij cum Henrico Valesio ad Moncoturum, 1589. Adolphus Comes Mõrsensis miserè perit, pulvere tormentario suffocante.

D. IV. 1184. Moritur Theodoricus Episcopus Mersenburgensis Marchio Landspergensis, 1450. Ludovicus cogn. Dives Bavariæ Dux, vix adito Principatu, optimi Principis exemplo, Iudæos omnes è 40. urbibus Bavariæ pellit, 1550. Carolus hæres Sueciæ nascitur, 1563. Nata Dorothea filia Augusti Electoris Saxoniæ, Uxor Henrici Julij Ducis Brunsuicensis, 1579. Moritur Magdalena Cliviæ Ducissa, Uxor Ioannis Comitis Palat. Bipontini, 1633. Nascitur Antonius Udalric. Dux Brunsuic.

E. V. Anno Christi 541. Manucha cum classe 16. millium octingentorum Siciliam invadit, & Messanense Cœnobium diripiens S. Aniciùm Placidum, cum fratribus 2. Romanis Principibus ac sorore, nec non toto Religiosorum collegio crudelissime è vita tollit, 995. Henricus cogn. Hezelo Bavariæ Dux moritur, 1419. Prolomais à nostris occupatur, 1354. Ioannes Vicecomes Archiepiscopus Mediolanensis vivere desinit.

F. VI. 577. Magnus ille Nicetius, è Monacho S. Maximini Treverorum Pontifex, qui omnium Galliæ Regum futurorum casus prævidit, prædixitque, sanctissimè moritur. Ipsa die incertum quo anno apud Cacias moritur Epiphania Rachisij Longobardorum Regis filia, Virgo verè Regia, contemptu Regnorum mundi omnium gloriosa. Anno Christi 325. Constantinus Iunior, à patre Collega Imperij assumitur, 1591. Vesprinium à Turca expugnatur, 1624. Eduardus filius Friderici V. Electoris Palatini nascitur.

G. VII. 653. S. Ositha Frithevvaldi Anglorum Regis filia, Sigeri Orientalium Saxonum Regis Sponsa intacta, hoc persuaso, cum ejus licentia cucullum amplexa, à Danis capta, & pro fide Christi decollata, caput abscissum ipsa tollit & ad Ecclesiam defert, 1357. Ioannes I. Burgundius Norimbergensis, & 1471. Dorothea Brandeburgia, Uxor Christiani Regis Daniæ moriuntur, 1561. Duacena universitas conditur, 1577. Ferdinandus Bavariæ Dux Elector Coloniæ nascitur. 1652. Moritur Sophia Hedvviges Ducissa Holsatiæ, Uxor Mauritij Saxon Ducis.

A. VIII. Anno Christi 600. Claret S. Fulgentius Asti-

Astigitanus ex Monacho Episcopus SS. Leandri & Isidori frater, mortuus hac die alter Hispaniarum post S. Jacobum Apostolus, 1588. Nostri prope Sixum Turcas profligant, 1621. Natus Maximilianus Henricus Dux Bavar. Elector Coloniensis, & 1638. Joan. Georgius Dux Slesuicensis, 1644. Joan. Bapt. Pamphilius Papa coronatur & Innocentius X. salutatur.

B. IX. 1045. S. Guntherus S. Stephani Ungariæ Regis consanguineus, Monachus Altahensis ex hac vita migrat, conditus in Monasterio Braünoviensi, 1115. Pugna sanguinolenta ad Koethen Lotharij Saxonum Ducis, 1436. Jacoba Bavar. Ducissa Com. Hollandiæ, & 1521. Marg. Anhaltina, Uxor Ioannis Electoris Saxon. & 1587. Franciscus Medicæus Magnus Hetruriæ Dux moriuntur, 1608. Solemnes nuptiæ Joan. Alberti Ducis Megapolitani cum Margar. Elisab. Mechelburgia gentile, 1644. obiit Ioan. Frider. Com. Pal. Hiltpollsteinius, 1646. Vitâ excessit Balthasar filius Phil. IV. Regis Hispan. ætatis 16. annorum, 1651. obiit Anna Cathar. filia Regis Poloniæ, conjux Ducis Neoburgij.

C. X. 644. Ad præmia æternitatis vocatur S. Paulinus, ex Monacho Eboracensis Episcopus, Anglorum Apostolus Edvvini Regis & filiorum conversione, optimè meritus, 1410. Teutonici milites gravi clade à Polonis profligantur, 1349. Ioanna Navarræ Regina vita excedit, 1537. Joannes Cazianer á Turcis profligatur, cum exercitu Ferdinandi Ungariæ Regis, 1591. Henricus Wenceslaus Dux Monsterbergius moritur, 1619. Nascitur Elis. Sophia Duc. Sax, Ux. Ernesti D. Sax.

D. XI. 680. Edilburga è sanguine Regum Angl. Vir-

Virgo Abbatissa sancta defungitur, 1171. Henricus Wintoniensis ex Monacho Episcopus Stephani Regis Angl. frater, Prophetico clarus spiritu ex hac vita discedit, 1424. Ioan. Ziscka peste moritur, alij aliter, 1629. Henricus Landgr. Hassiæ juvenis summæ spei, Senis in Tuscia moritur, 1652. Magna pompa Fridericus Wilhelmus Dux Saxo Altenburgius Magdalenam Sibyllam Electoris Saxon. filiam Dresdæ ducit, ipse 900. equitum comitatu occurrens, ipsa cũ mille quingentis, 1653. Aliæ solemnes hac die nuptiæ, Christiani Ludovici Ducis Brunsuicensis, cum Ducissa Holsatiæ Christina, filia Philippi.

E. XII. 634. Eduinus Rex Angliæ, cum filio Offrido, & Godbaldo Rege Orchadum, in acie cadit, contra Cadvvalinum Regem Britonum, 709. Moritur S. Wilfridus Archiepiscopus Eboracensis, Frisiorum & Australium Saxonum Apostolus, 773. Carolus Rex cum Desiderio Longobard. Rege congressus, 40000. profligat, 1534. Ingens Terræmotus per Helvetiam, aliquot oppidorum mœnia multasque ædes dejicit, 1561. Wilhelmus Dux Brunsuicensis nuptias celebrat solemnes cum Dorotha Daniæ Regis filia, 1576. Maximilianus II. Imp. Ratisponæ moritur, 1583. obiit Ludovicus Elector Friderici III. filius.

F. XIII. 570. S. Venantius Abbas certus contra Febres Patronu⁹ & prodigiosus Medicus, cælis immigrat, 1147. Almeria, victis Saracenis, Granatæ Urbs capta à sacro exercitu, 1282. Quatuordecim Lithuanorum millia à Lesco Polono cæsi sunt, 1523. Buglaus X. Pomeraniæ Dux moritur, 1552. Turci ab Agria per nostros pulsi.

G. XIV.

Astigitanus ex Monacho Episcopus SS. Leandri & Isidori frater, mortuus hac die alter Hispaniarum post S. Jacobum Apostolus, 1588. Nostri prope Sixum Turcas profligant, 1621. Natus Maximilianus Henricus Dux Bavar. Elector Coloniensis, & 1638. Joan. Georgius Dux Slesuicensis, 1644. Joan. Bapt. Pamphilius Papa coronatur & Innocentius X. salutatur.

B. IX. 1045. S. Guntherus S. Stephani Ungariæ Regis consanguineus, Monachus Altahensis ex hac vita migrat, conditus in Monasterio Braünoviensi, 1115. Pugna sanguinolenta ad Koethen Lotharij Saxonum Ducis, 1436. Jacoba Bavar. Ducissa Com. Hollandiæ, & 1521. Narg. Anhaltina, Uxor Ioannis Electoris Saxon. & 1587. Franciscus Medicæus Magnus Hetruriæ Dux moriuntur, 1608. Solemnes nuptiæ Joan. Alberti Ducis Megapolitani cum Margar. Elisab. Mechelburgia gentile, 1644. obiit Ioan. Frider. Com. Pal. Hiltpolsteinius, 1646. Vitâ excessit Balthasar filius Phil. IV. Regis Hispan. ætatis 16. annorum, 1651. obiit Anna Cathar. filia Regis Poloniæ, conjux Ducis Neoburgij.

C. X. 644. Ad præmia æternitatis vocatur S. Paulinus, ex Monacho Eboracensis Episcopus, Anglorum Apostolus Edvvini Regis & filiorum conversione, optimè meritus, 1410. Teutonici milites gravi clade à Polonis profligantur, 1349. Ioanna Navarræ Regina vita excedit, 1537. Joannes Cazianer à Turcis profligatur, cum exercitu Ferdinandi Ungariæ Regis, 1591. Henricus Wenceslaus Dux Monsterbergius moritur, 1619. Nascitur Elis. Sophia Duc. Sax. Ux. Ernesti D. Sax.

D. XI. 680. Edilburga è sanguine Regum Angl.

Vir-

Virgo Abbatissa sancta defungitur, 1171. Henricus Wintoniensis ex Monacho Episcopus Stephani Regis Angl. frater, Prophetico clarus spiritu ex hac vita discedit, 1424. Ioan. Ziscka peste moritur, alij aliter, 1629. Henricus Landgr. Hassiæ juvenis summæ spei, Senis in Tuscia moritur, 1652. Magna pompa Fridericus Wilhelmus Dux Saxo Altenburgius Magdalenam Sibyllam Electoris Saxon. filiam Dresdæ ducit, ipse 900. equitum comitatu occurrens, ipsa cũ mille quingentis, 1653. Aliæ solemnes hac die nuptiæ, Christiani Ludovici Ducis Brunsuicensis, cum Ducissa Holsatiæ Christina, filia Philippi.

E. XII. 634. Eduinus Rex Angliæ, cum filio Offrido, & Godbaldo Rege Orchadum, in acie cadit, contra Cadvvalinum Regem Britonum, 709. Moritur S. Wilfridus Archiepiscopus Eboracensis, Frisiorum & Australium Saxonum Apostolus, 773. Carolus Rex cum Desiderio Longobard. Rege congressus, 40000. profligat, 1534. Ingens Terræmotus per Helvetiam, aliquot oppidorum mœnia multasque ædes dejicit, 1561. Wilhelmus Dux Brunsuicensis nuptias celebrat solemnes cum Dorotha Daniæ Regis filia, 1576. Maximilianus II. Imp. Ratisponæ moritur, 1583. obiit Ludovicus Elector Friderici III. filius.

F. XIII. 570. S. Venantius Abbas certus contra Febres Patronu⁹ & prodigiosus Medicus, cælis immigrat, 1147. Almeria, victis Saracenis, Granatæ Urbs capta à sacro exercitu, 1282. Quatuordecim Lithuanorum millia à Lesco Polono cæsi sunt, 1523. Buglaus X. Pomeraniæ Dux moritur, 1552. Turci ab Agria per nostros pulsi.

G. XIV. 791. Meritissimus Franconiæ Apostolus S. Burcardus Regii generis vir è Monacho Herbipolensis Episcopus, vita defungitur, 1066. Haraleus Cantiæ Princeps, Rex Angliæ, vita cum Regno exuitur, 1533. plurimi igniti dracones ad Athesim fluvium volantes conspiciuntur, 1586. Elisabetha Daniæ Regis filia Uxor Ulrici Ducis Mechelburgii, moritur 1609. Ernestus Guntherus Princeps Sunderburgius nascitur, & 1631. Gustavus Adolphus Marchio Badensis.

A. XV. 954. Ludovicus Vltromarinus diem suum obiit, 1048. Magno terræmotu tremit Oriens, 1097. Malcolmus Rex Scotiæ moritur, 1242. B. Hedvviges, Bertholdi Moraviæ Marchionis filia, Henrici Barbati Poloniæ Ducis Uxor, extinguitur, 1008. S. Bruno Comes de Querfurt, Monachus S. Ioan. Magdeb. Ruthenorum Apostolus gloriosè occumbit, 1303. Conradus Dux Brunsuic. Episcopus Werdensis moritur 1333. Robertus Tonnerensis Comes vita excedit, 1519. Maria Brandeburgia Anspacensis Uxor Frid. III. Com. Palat. Electoris nascitur, 1662. Henricus Julius Dux Brunsuicensis nascitur, 1576. Academijs Helmstadiens instituitur, 1647. Ioannes Ludovicus Com. Palatinus Bipontinus moritur.

B. XVI. 624. alij aliter, S. Gallus Brigantiæ, Rhætiæ, Helvetiæ Apostolus & sui Monasterij Sangallensis Abbas moritur, 707. obiit S. Lullus, S. Bonifacij Mogunt. Archiepiscopi cognatus, & successor à puero Monachus, Saxonum conversione bene meritus, 1281. Fridericus Comes Brenæ Iunior extinguitur, 1529. Solemnes nuptiæ Otthonis Henricici Elect. Palat. cum Susanna Bavariæ Duc. 1553. Lucas Cranch Pictura orbi notus vita defungitur,

C. XVII.

C. XVII. 1070. claret Albericus S.R.E. Cardinalis, & hoc die solemni memoria celebratur, Errorum Berengarij profligator, 1165. Gilbertus Cistercij Abbas, relictis ingenij monimentis immortalis vita defungitur, merito Magni cognomen consequutus, 1552. Georgius Princeps Anhaltinus vivere desinit, 1619. Fridericus Ludovicus Com, Palat. Landsperg. nascitur, 1628. obiit Ioan. Frideric' Dux Saxon. Isenacensis, 1638. Nascitur Ioan. Carolus Com. Palat. Bischvv,

D. XVIII, 1026. Angli gravi clade à Danis victi profligantur, 1256, Theobaldus Campaniæ Comes, pater Orphanorum, à Rege secundus, monachus demum Claræ vallis sanctè moritur, 1216. Ioannes Angliæ Rex extorris moritur, 1314, Ludovicus Bavarus creatur Imperator, 1356. Terræmotus per Germaniam in Helvetia in primis, multa oppida muris denudat, 1387. Restaurat, Academiam Heidelbergensem Rupertus Elector Palat. 1478. Rupertus Comes Palat. Episc, Argentinensis moritur, 1558. similiter vita excedit Maria Archiducissa Regina Vngariæ,

E. XIX. 1008. Bruno cognomento Senior Comes Querfurtensis Brunonis, de quo supra, Martyris parens, post necem illius, & ipse Monasticen amplexus, moritur, 1216. Ioannes I. Angliæ Rex veneno extinguitur, 1465. Pace cum Polonis sancita, Prussia ab Imperio Rom. ad Polonos pervenit, 1490. Maximilianus Rex AlbamRegalem occupat, 1590. Dorothea Sibylla filia Ioan, Georgij Elect. Brandeb. Uxor Christiani Ducis Lignicensis nascitur, & 1607. Ludovicus Princeps Anhaltinus in Cothon.

F. XX. *646.* Moritur S. *Vitalis* Abbas S. Petri Salisburgensis, inde Episcopus & Bojorum Apostolus, è cujus defuncti corde nivei coloris, nunquam emat cescens etiam hyeme, lilium, excrevisse memoratur, 1187 Cicestrensis in Anglia urbs, miserando incendio, tota exuritur, 1496. Carolus Dux Guisius nascitur, 1546 Occubuit Albertus Dux Brunsuicensis Grubenhagius bello Smalcaldico ante Nordlingam, 1577. Ernestus Ludovicus Dux Pomeraniæ nuptias celebrat cũ Sophia Hedvvige Ducissa Brunsuicensi.

G. XXI. 936. Apostolatu Daniæ, *Sueciæ*, & Aquilonarium partium Fastis inseri multo nomine meritus, Wimo, vulgo Unni, Corbeiæ Monach⁹, Bremensis Archiepiscopus, Haroldo Daniæ Rege ad Christum converso, Bircam Sueciæ lucratus Nomini ibidem moritur, 1147. Ulisippona Lusitaniæ Metropolis à sacro exercitu expugnata fuit, cæsis 20000. Saracenorum, 1636. Nascitur Ferdinandus Maria Dux & Elector Bavariæ, *1645.* Christina Charlotta Princeps Wittenbergiæ nascitur.

A. XXII. Anno Christi 137. Iudæi ad Bethoron magnam cladem, eâ urbe expugnatâ à Romanis accipiunt, aliquot centenis millibus cum in urbe tum provincia desideratis, 366. Antiochiæ & per provinciam magni terræmotus, terror & tremor invalescens, à tot ædium ruina & hominum strage, 1340. Ioannes Dux Bavariæ moritur.

B. XXIII. 712. Oda Aquitaniæ Ducissa, Boggis Aquitanorum potentissimi Ducis vidua, S. Huberti Episcopi amita, marito mortuo Monasticen amplexa, sanctè moritur, 1243. Bernardus Viquensis

ſis in Hiſpania Epiſcopus, Mahumetanorum Apoſtolus, miranda patrant, moritur, 1638. Ioan. Erneſtus Saxon. Iſenacenſis Dux moritur.

C. XXIV. Anno Chriſti 978. Exercitus ignei in aëre apparent, 1375. Waldemarus III. Rex Daniæ moritur, 1497. Stephanus Vaivoda, inſignem de exercitu Regis Poloniæ victoriam refert, 1531. Catholici etſi impares numero, aliquot tamen millia Zvvinglianorum profligant, 1584. Carniolam latè vaſtant Turcæ, prædasq; & captivos abripiunt, 1636. Nuptiæ feſtivæ admodum, Erneſti Saxoniæ Ducis, cum Eliſabetha Sophia Saxonum ſimiliter Ducißa.

D. XXV. Anno Chriſti 69. Veſpaſianus & Titus Japhâ expugnatâ ad 27. Millia Iudæorum mactant, 1525. Fridericus Dux Saxo Alteburgius occumbit, 1589. Iacobus Zabarella Comes Patavienſis moritur, 1619. Fridericus V. Elector Pal. Rex Bohemiæ coronatur, 1643. Frideric⁹ III. Daniæ Rex nuptias magno apparatu celebrat, cum Sophia Æmilia Duc. Brunſuic. Georgij Lunæburgij filia, 1654. Leopoldus Georgius Landgravius Haſſiæ naſcitur.

E. XXVI. Anno Chriſti 719. Conſtantinus Copronymus ſolemniter baptizatus, baptiſmum fœdat, 740. Conſtantinopoli templa, mœnia, majora ædificia terræmotu corruunt, & paſſim ingens vis hominum ruinâ opprimitur, 1268 Fridericus Auſtrius Neapoli decollatur, 1563 Anna Maria Guſtavi Regis Sueciæ filia, Uxor Ioannis Comitis Palatini Lützelſteinij, 1576. Fridericus III. Elector Palat. moritur, 1584. Inſigni clade Turcæ in Carniola afficiuntur, 1645. Pariſijs

fijs sponsalia celebrantur Regis Poloniæ cum Loysia Gonzaga Niversij Ducissa.

F. XXVII. 760. Claret S. Tetta Virgo Abbatissa Weinbrunnensis Cuthredi Angliæ Regis filia, quæ hac die solemnem memoriam habet, 940. Moritur Æthelstanus Rex Angliæ laudatissimus, 1412. Magarita hæres Sueciæ moritur, & 1430. Vitoldus Dux Lithuaniæ, ut & 1439. Albertus II. Imp. moriuntur, 1615. Christianus filius Ioann. Georgij Electoris Saxoniæ nascitur.

G. XXVIII. 686. vel 87. circiter moritur Faro Meldensis Episcopus Burgundiæ Comes, ex Monacho Meldensis Episcopus mortuorum resuscitator mirificus moritur, 900. Alfredus Anglorum Rex optimus moritur, sepultus in novo quod condiderat Wintoniensi Cænobio, 1410. Teutonici milites gravi clade à Polonis atteruntur, 1453. Ladislaus Rex Bohemiæ solemniter Pragæ coronatur, 1485. Rudolphus Agricola vir doctus moritur, 1503. Conradus Dux Varsoviensis vita excedit, 1578. Natus Wolffgangus Wilhelmus Com. Palat. Dux Neoburgius, & 1580. Ottho Henricus ejusdem frater, 1612. Nata Magdal. Sibylla Princeps Culmbacensis, Uxor Joan. Georgii Ducis Saxoniæ.

A. XXIX. Moritur hac die post annum Christi 1120. Brunonius Dynasta de Glunick, fundator Monasterii Gluniceensis in superiore Austria, 1330. Vita excedit Elisabetha Bohemiæ Regina, Uxor Joannis Regis Bohemiæ, 1537. Aetna mons Siciliæ horrendum inardescens, integros pagos cinere opprimit, & incolas suffocat. Neapoli terræmotus mare ab octo usque milliaria absorbet, pisces in sicco destituit, 1579. Albertus V. Dux Ba-

variæ moritur, 1619. Erdmannus Augustus Princeps Culmbacensis nascitur.

B. XXX. Anno Christi 654. Apostolatum suum Martyrio coronat & consecrat, S. Foillanus Philtani Hiberniæ Regis filius Hannoniæ ad Christum Conversione æternum meritus in Sylva Carbonaria à Gentilibus cum socijs interfectus, 1563. Sophia Wilhelmi Ducis Brunsuicensis filia nascitur. 1590. Theresa de Toledo Marchionissa de Valeda, superioris sæculi Hispaniæ Principum singulare ornamentum, Abbatissa S. Annæ Abulensis extinguitur.

C. XXXI. 982. Ottho Ludolphi filius, Otthonis Magni Imper. nepos Sueviæ & Bavariæ Dux moritur, 994. S. Wolfgangus, Comes Achalmensis & Pfulingensis, ex Monacho & Decano Einsidlensi Ratisponensis Episcopus, S. Henrici Imp. Institutor, de Imperio meritissimus, ad superos emigrat, 1494. Wolfgangus Comes Palatinus Rheni nascitur, 1534. Alphonsus I. Dux Ferrariæ spectatissimus, & 1565. Ioan. Fridericus Dux. Saxoniæ Vinariensis, & 1567. Maria Friderici III. Elect. Pal. conjux moriuntur, 1598. Franciscus Albertus Dux Saxon. Lavvenburgius nascitur, 1605. Moritur Ioannes Dux Saxo Weinmariensis.

November.

D. I. Anno Christi 82. C. Plinius II. Varonensis, quiHistoriam naturalem scripsit, dum liburnica per mare devectus, explorare incendium Vesuvij nititur, perijt anno ætatis 56. 1149. Ilerdam & Fragam expugnat Raymundus Rex Aragonum.

1158. Hoc primum die & anno nonnulli volunt Otthonem Frisingensem obijsse, 1410. Teutonici â Polonis victi sunt, 1432 Uladislaus Iagello Poloniæ Rex Teutonicorum iterum ad Morguam fluvium, multa millia cædit, 1436. Insigni pompa Alber Bav. Dux nuptias celebrat cum Anna Duc. Brunsuic. 1558 Maria Angliæ Regina moritur, 1567. Frider. Philip. Comes Palat. nascitur

E. II, 1037. Constantinopoli & per Orientem, terræ motus horribilis initium sumit, ad sequentis usque anni initium continuatus, 1545. Ernestus Ludovicus Dux Pomeraniæ nascitur, & 1549. Anna filia Maxim. II. Imp Uxor Philip. II Regis Hispan. 1573. Barnimus IX. Pomeraniæ Dux, & 1575. Sabina Brandeb. Ux. Ioan Georg Elector, Brandeb. moriuntur, 1595. Ingens passim fluviorum inundatio, qua prope Patavium oppidum quoddam, totum cũ 400 hominibus absorbetur.

F. III. 727. S. Pirminius Meldensis Episcopus claret, & hac die defungitur, plurimorum per Germanias Conditor Cænobiorum 1005. Circiter floruit, an decessit hac die B. Itha seu Ida Comitissa de Kirchberg, Henrici Comitis Tockenburgij Uxor, ab hoc ex arce præcipitata ob suspicionem, & mirè servata, religiosamque vitam amplexa, & miraculum gloria illustrata, 1560. nascitur Christian. Elect. Sax. 1593. Turcæ à nostris ad Albam Regalem gravi clade affecti, 1595. Georgius Wilhelmus Elector Brandeb. nascitur.

G. IV. 1555. Moritur Agnes Landgr. Hassiæ Maurit. Elect Sax. vidua, 1568. Nascitur Eleon. Maximil. II. fil. Archid. 1578. Moritur Adã Wenceslaus Dux Silesiæ Teschin. 1618. Vita excedit Maximil. Archidux, etsi alij aliter Eodem anno & die extincta fuit Anna Maria filia Joan. Georg. Elect. Brand. Uxor Barnimi Ducis Pomeraniæ.

A. V. Anno Christi 874. Caronâ immortalitatis donatur Salomo eo nomine tertius minoris Britanniæ sive Armoricæ Rex, Regno sponte relicto Ascetam professus in Monasterio S. Maini, 1370. Casimirus cognomento magnus, Rex Poloniæ extinguitur, 1529. Horribilis Rheni, aliorumque fluviorum Germaniæ inundatio, multis Belgij, oppidis ita demersis, ut vix summa turrirũ cacumina apparerent, multaque mortalium millia mergerentur, 1575. Moritur Anna Slesuicensis Ducissa, Uxor Ennonis Ost. Frisiæ Comitis, 1609. Nuptiæ festivæ Ioannis Frider. Ducis Wirtenb. cum Barbara Sophia Marchion. Brandeb.

B. VI. A. C. 515. Ingens Constantinop. oritur seditio, qua multa Catholic. atq; Eutychianorũ millia mutuâ cæde pereunt, Catholicis prævalentib. Anastas. Imp. tunc coacto Catholicũ simulare, 716 Moritur S. Winoc' Abbas Judicaelis Aremoricæ Reg. fil. 1276 Mechtil. Ux. Barnimi I. Pomer. Duc. & 1522. Ericus Dux Sax. Episc. Hildesianus vivere desinunt, 1568. Vita quoq; excedit Anna Ducissa Brunsuic Ux. Barnimi IX. Duciss. Pomeran. 1616. Nascitur Fridericus March. Badensis Durlacensis.

C. VII. 739. Imortalẽ memoriã merit', magn' ille German. & Borealiũ Regn. Apost. Willibr. monach. Hibern' Traject. Episc. sanctissimè moritur 1492. Ingẽs prope Ensisheim. lapis ex aëre decidit, duorũ centenariorũ & 80. libratũ. 1584 Fricus Dux Brunsuic. & 1624. Sophia Agnes Hassiæ Landgr. Ux. Ioan. Frid. Cõ. Pal Hiltpoltsteinij moriũtur.

D. VIII. 790. Frisior. & Sax. cõversione illustrissimus. S. Willehad. ex Monacho Epternacẽsi primus Bremens. Pontifex moritur, Windekindum Magnum Christo lucratus fuit, 766. Moritur eadem die, sed non anno Egbertus, Magni Alcuini,

magister, Eboracensis Monachus Reg. Angl. frater, 1328. vita etiam excedit Carolus Dux Calabriæ, 1487. Natus Carolus Dux Geldriæ, 1572. Joan. Sigismundus Elector Brandeburgius nascitur, & 1622. Carolus Gustavus Comes Palat. Rex Suec.

E. IX. 1503. Philippus Hispaniarum Rex magna pompa Mechliniæ recipitur, eodem ex Hispaniis hoc die reversus, 1565. Elisabetha Ducissa Brunsuicensis, filia Wilhel. Ducis nascitur, 1648. Maria Anna filia Ferdinandi III. Imp. Philippo IV. Regi Hispaniarum desponsatur.

F. X. 630. sive 634. moritur S. Justus ex Monacho S. Andr. Romano Roffensis Archiepiscopus, Anglorum Apostolus, ipsis Eadualdi Regis conversione optimè meritus, 1489 Nascitur Henricus Junior Dux Brunsuicensis, 1582. Franciscus Dux Saxoniæ Lavvenburgius celebrat nuptias cū Maria filia Julij Ducis Brunsuicensis, 1613. Nuptiæ item solemnes Wolfg. Wilhelmi Palat. Ducis Neoburgij cum Magdalena Ducissa Bavariæ, 1618. Nascitur Ioan. Franciscus Carolus filius Alberti Bavariæ Ducis.

G. XI. Anno Christi 930. Claruit Aelfleda Alfredi Anglorum Regis filia, Æthelredi Merciorum Regis conjux, eoque mortuo monialis Glasconiensis, felicissimè mortua, 1286. Petrus III. Aragonum Rex moritur, 1467. Eandem sequitur viam Henricus IX. Silesiæ Gloggoviensis Dux, 1527. Ferdinandus I. cum conjuge Rex Ungariæ coronatur, 1575. Ducit solemniter Dorotheam Frid. I. Regis Daniæ filiam Christophorus Dux Mechelburgius, 1599. Nascitur Maria Leonora, Ioan. Sigism. Elect. Brandeb. filia, Uxor Gustavi Adolphi Regis Sueciæ, 1612 Natus Augustus Princeps Sundetburgius.

A. XII.

A. XII. 574. In cælos emigrat B. Æmilianus Abbas, alter Hispaniarum post Iacobum Apost. Tutelaris, magno prodigio visus sæpius cælo descendere, & Saracenos profligare, 633. S. Livinus ex Cantuariensi Monacho, electus in Scotia Archiepiscopus demum Brabantiæ & Flandriæ Apostolus Martyrio coronatur, 784. S. Lebuinus Sicambriæ, Iuliaci, Cliviæ Apostolus moritur, 1035. Canutus Rex Angliæ, Daniæ, & Norvegiæ moritur, 1220. Fridericus II. Imp. Romæ coronatur, 1503. Philippus Comes Palatinus Electoris frater nascitur, 1458. Achilles Germanicus Albertus Brandeburgius ducit Annam Electoris Saxoniæ, filiam.

B. XIII. 680. Claret S. Chillenus, Episcopus, Monachus Hibernus, moriturque hac die Arrebatensium Apostolus 955. Lotharius IV. coronatur, 1177. Barnimus I. Dux Pomeraniæ extinguitur, 1493. Wilhelmus Bavar. Dux & 1609. Sophia Leonora Ioan. Georgij Elect. Saxon. fil. & 1625. Wilh. Christoph. Hassiæ Landgravius, nascuntur, 1638. Solemnis nuptiarum apparatus Ioan. Georgij Electoris Saxon. Jun. cum Magdal. Sibylla Brandeburgia.

C. XIV. 870. Dani Angliam infectis signis turbant, Christianos exagitant, aliosq; inter Eliensis Cænobij sacras Deo Virgines pro fide Christi hac die crudelissimè interimunt, 1569. Solemnibus nuptijs jungitur Philippo II. Hispan. Regi, Anna Maximiliani II. Rom. Imp. filia, 1587. Henricus Guisius, auxilia Protestantium Germanicorum in Aneau gravi clade profligat.

D. XV. 590. Circiter claruit, & hac die ad cælestia transijt S. Maclovius centum triginta trium

annorum Senecio, ex Monacho Episcopus. Insularum Fortunatarum Apostolus & Patronus, 700. circiter moritur S. Inadanocus Bertinensis Monachus Armoricæ Regis filius, S. Winoci frater, Maximilianus Archi dux Austriæ nascitur anno 1558.

E. XVI. 1227. Lescus cogno. Albus Poloniæ Princeps à Suantipolo Pomerano, proditoriè in balneo interimitur, 1240. cœlis immigrat S. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus omnibus Fastis, ob præclare gesta, adscribi meritus, 1464. Iohannes I. Marchio Brandeburgius moritur, 1578. Nascitur Ioan. Fridericus Comes Oldenburgius, 1584: Idem dies natalis Barbaræ Sophiæ Brandeburgiæ, Uxoris Ioannis Friderici Ducis Wirtenbergij, 1614. Moritur Sibylla Princeps Anhaltina Uxor Friderici Ducis Wirtenbergij.

F. XVII. 596. Moritur S. Gregorius ex Monacho Divi Martini Turonensis Episcopus, qui Chilpericum Galliarum Regem à Sabellianismo revocavit, & Regno miris modis consuluit, 1311. Admirabile illud Germaniæ sydus B. Gertrudis Elpediana Abbatissa, sui sæculi miraculum, ad gaudia æterna recipitur, 1175. Conradus Marchio Lusatiæ vivere desinit, 1582. Antonius Rex Navarræ in obsidione Rotomagi globo tormentario ictus occumbit.

G. XVIII. 1014. Casimirus Mieceslai Poloniæ Regis filius nascitur, quod ipso tempore Polonia terræmotu ingenti concutitur, lue deinceps pestilenti subsequente, 1502. Ludovicus cognomento Dives Dux Bavariæ vita excedit, alij volunt

funt hac die vxorem ejus Amaliam, Friderici II. Saxoniæ Electoris filiam deceſſiſſe, 1568. Auguſtus Dux Brunſuicenſis Wilhelmi filius naſcitur.

A. XIX. Moritur S. Mechtildis, Magnæ Gertrudis ſoror, Divinis revelationibus clariſſima, monialis Elpediana, Baroniſſa ſeu Comitiſſa de Hackeborn, 1235. Henricus Dux Bavar. naſcitur, 1421. Metuenda Rheni aliorumque fluviorum inundatio, qua in Belgio triginta urbes & oppida, Parochias 70. ſupra 100. pagos, ad centena hominum millia, periiſſe memorant, 1510. Moritur Fridericus Saxoniæ Dux Magiſter Ord. Teutonici, 1566. Chriſtianus Dux Brunſuicenſis naſcitur, 1632. Fridericus Elector Palat. exauctoratus Moguntiæ decedit.

B, XX, Hinguar Rex Danorum Idolalatra anno Chriſti S. Eadmundum Anglorum Regem bello aggreſſus, captum crudeliſſimè & diutiſſimè flagellarum, ac dein ſagittis eo ipſo modo quo S. Sebaſtianum, confixum, decollari denique jubet, 1400. Moritur Eliſab: Uxor Wilhelmi Coclitis Miſniæ Marchionis, filia Iodoci Marchionis, Moraviæ, 1583. Philippus Haſſiæ Landgr. ſine liberis obiit, 1591. Georgius Albertus Princeps Anſpacienſis & 1592. Sigismundus ejusdem famili- 1627. Charlotta Haſs. Land. Uvor Caroli Ludovici Electoris Palatini naſcuntur.

C, XXI. 212. Moritur S. Columbanus Abbas, diverſarum provinciarum Apoſtolus Regum terror ac fulmen. Iuſtinianæ familiæ Illuſtriſſimæ apud Venetos mater, Anna Michaëlia moritur, Nicolao Iuſtiniano è S. Nicolai Monaſterio ex-

tracto nupta, ut tantæ familiæ posteritas remaneret, quæ editis aliquot liberis, & ipsa cum marito monasticen professa, beato fine decessit, 1637. Leopoldus Wilhelmus Archidux eligitur Episc. Olomucensis, 1640. Moritur Georg Wilhelmus Elector Brandeburgius.

D. XXII. 1185. Vita sanctè defungitur Alphonsus I. Rex Lusitaniæ, centum quinquaginta Monasteriorum & templorum structor, clarus, prodigiosis etiam triumphis, eximiis oraculis & miraculis à Numine commendatus, 1457. Ladislaum Vngar. Regem hac primum die nonnulli contendunt obiisse, 1503. Magnus Dux Megapolitianus sive Mechelburgius obiit, 1535. Anna Christierni III. Daniæ Regis filia. Uxor Augusti Electoris Saxoniæ, & 1602. Elisabeth Henrici IV. Gall. Regis filia, Uxor Philippi IV. Regis Hispan. nascuntur, 1647. Sibylla Ducissa Wirtenberg, nuptias celebrat. cum Leopoldo Friderico Wirtenbergensi, cognato.

E. XXIII. 670. claret S. Trudo Monachus Presbyter, Hasbaniæ Apostolus hac die mortuus, 948. Moritur Bertholdus Bavariæ Dux Arnulphi cognomento Mali, frater germanus 1368. Guilielmus Dux Lunæburgius, & 1549. Franciscus Dux Brunsuicensis vita excedunt, 1602. Ludovicus Philippus Comes Palatinus Simerensis & 1609. Sophia filia Joan. Elect. Saxon. Uxor Georgij II. Lang. Hassiæ, & 1615. Philippus Wilhelmus Comes Palatinus Dux Neoburgius nascuntur.

F. XXIV. 942. Ad supera palatia emigrat B. Vrsus Participatius ex Venetorum Duce Monachus, ex Monacho ejusdem urbis Pontifex.

Funda-

Fundator Monasterij S. Laurentij ibidem, 1346. Basileæ magno terræmotu, ædes concussæ sunt, quo ipso tempore Bernates Comitis de Griers oppida & castra hostiliter vastaverant, 1562. Maximilianus II. Austriacus fit Imperator, 1576. Ismael Imperator Persarum veneno perit.

G. XXV. 700. S. Wimocus frater S. Winoci, de quo 6. hujus egimus, Judicaelis II. Regis Minoris Britanniæ filius, claret, & in eodem quo pater & avus, S. Maini Monasterio vitam sanctè exigit, 1120. Guilielmus & Richardus Henrici Anglorum Regis filij, cum filia & nepte ejusdem, cum multis Regni primatibus in navi quadam, tranquillissimo mari naufragio perierunt, 1532. Magna aquarum illuvie in Belgio insula canchion 16. milliarum longitudine cum omnibus pagis & aliquot millibus hominum mergitur, 1620. Solemnissimæ nuptiæ Gustavi Adolphi Regis Sueciæ cum Maria Leonora filia Joann. Sigism. Elect. Brandeburgij, 1623. nascitur Margaritha Catharina filia Phillippi IV. Regis Hispan.

A. XXVI. 514. Clodoveus Rex Galliarum moritur. 976. S. Conradus ex Guelphis Alemanniæ Ducibus Altorffij Comitibus Episcopus Constantiensis sanctè defungitur, 1542. Nascitur Joann. Fridericus Dux Pomeraniæ Stetinensis & 1565. Joan. Augustus Comes Palatinus Rheni, 1580. Nicolaus Comes Salmius Heros laudatissimus moritur, 1604. Nascitur Philippus Landgr. Hassiæ.

B. XXVII. 784. Carinthiæ conversione, multisque præclare gestis nomen æternum meritus, moritur S. Virgilius ex Monacho Hiberno Salisburgensis Episcopus 1508. Vivere item desinit

Ʒeſnit Hermannus Haſſiæ Landgr. Archiepiſcopus Colonienſis, 1643. Fridericus Caſimirus Badenſis Marchio, & 1648. Anna Catharina Princeps Wittenbergia naſcuntur.

G. XXVIII. Anno Chriſti 399. Rufinus Princeps Arcadii Imper. Tutor occiditur, 514. Nonnulli hac primum die Clodovæum Regem Galliæ extinctum volunt, 874. Moritur B. Haymodes Saxonum Ducissa Abbatiſſa Gandersheimenſis, 1573. Vitam quoque exuit Joannes Bavariæ Dux, Alberti filius, & 1480. Fridericus Comes Palatinus Simerenſis, 1531. Georgia filia Georgii Pomeraniæ Ducis, & 1552. Eliſabetha filia Auguſti Elect. Saxon. conjux Joan. Caſimiri Com. Palatini naſcuntur.

D. XXIX. Moritur Arnulphus Imper. Aug. Ratisponæ in S. Emmerami ſepultus, 917. Ad præmia æterna vocatur S. Radbodus, Radbodi Friſiorum Regis pronepos ex monacho Trajectenſis Epiſcopus, Friſiorum Apoſtolus, 1353. Ottho cogn. Illuſtris Bavariæ Dux, & 1519. Emuciſcus Dux Brunſuicenſis, Epiſcopus Mindenſis, moriuntur.

E. XXX. 740. S. Acca tertius Friſiorum & Saxonum Apoſtolus ex monacho Haugulſtadenſis Epiſcopus moritur, 1444. Baſileæ Magno terræmotu multæ ædes corruunt, quo ipſo tempore in Hollandia, magna rurſum inundatione toti pagi obruuntur, homines ac jumenta abſorbentur, 1561. Sophia Hedvviges Ducisſa Brunſuicenſis naſcitur, 1578. Solemnes admodum nuptiæ Chriſtiani IV. Daniæ Regis, cum Anna Cathar. Electoris Brandeburgii filia celebrantur.

DECEM-

DECEMBER.

F.I. 647. Heresvvida Regina Adelulphi Anglorum Regis mater, postea monialis Calensis hac die moritur, 665. Vel ut nonnulli volunt, 659. Apostolicos labores gloriosa morte finit B. Eligius, ex Monacho Solemniacensi Noviomensis Episcopus, Flandriæ atque inprimis Antverpiæ, Frisiæ & Sueciæ Apostolus, 1521. Ioannes Medicæus S. R. E. Card. moritur, 1530. Margaretha Maximil. Imp. filia, soror Philippi Regis Gubernatrix Belgij moritur, 1565. Enno Dux Lunæburgius Otthonis filius nascitur, 1616. Friderico Badensi Marchioni nubit Barbara Ducissa Wirttembergiæ, 1623. Nascitur Christianus Dux Megapolitanus.

G.II. 366. Nicomedia magno terræmotu quassatur & fœdatur ruinis, 819. Saxonia terræmotibus concutitur, quo, alia inter, celeberrimum Corbejæ Cœnobium suburitur, ac dein ad Weserã fluvium transfertur, 1135. Henricus Angliæ Rex murenarum esu sibi vetito, se inferciens, postridie moritur, 1248. Hermannus Badensis Marchio, & 1345. Ottho I. Dux Pomer. Stettin, & 1463. Albertus VI. Archidux Austriæ extincti sunt, 1538. Sigismundus Brandeburgius Archiepisc. Magdeb. nascitur, 1594. Magnus Dux Wirttenberg. & 1599. Juliana Ursula Matth. Badensis nascuntur. 1632. obiit Ioan. Wilh. Saxoniæ Altenburg. Dux.

A.III. 635. S. Bitinus ex Monacho Dorcestriensis Episcopus, cui inquit Harpsfeldius, quiddam immensum debemus, West- & occidentalium Saxonum, in Anglia Apostolus, Britanniam illustrat, & hac die extinguitur, 1474. Henricus IV. Legionis & Castellæ Rex carnem exuit, 1501. Nascitur

Barnimus IX. Dux Pomeraniæ, 1532. Ludovicus Comes Palatinus Bipontinus vita excedit, 1587. In Croatia, immensa vis anserum atque anatum sylvestrium sese in terras demittit, & acriter inter se præliatur, tanta postridie mortuarum reperta multitudine ut certatim accurentes incolæ, multi 50. multi 100. & nonnulli ad 400. domum referrent.

B. IV. 1075. Anno Coloniensis Archiepiscopus Sigebergensis Cœnobij fundator, sanctè moritur, 1393. Fridericus Dux Bavariæ dictus Landshutensis, & 1585. Anna filia Augusti Elect. Saxon. Uxor Ioan. Casimiri Sax. Ducis, vivere desinunt, 1620. Sibylla Wirtenbergiæ Princeps, & 1623. Eberthalius ex eadem familia, nascuntur, 1642. Armandus S.R.E. Cardinalis Richilierius, & 1646. Ioan. Ernestus Princeps Saxo Weinmariensis, extinguuntur.

C. V. 570. Regum terror, S. Nicetius ex Monacho Treveriensis Pontifex, post ingentia vitæ merita ad immortalitatis præmia vocatur, 1077. Gerardus S. R. E. Cardinalis, Monachus, Congregat. Cluniac. gravissimis Legationibus perfunctus, Hispanias & Gallias plurimum demeritus, multa pro Ecclesia DEI perpessus, ad requiem beatitatis æternæ transfertur, 1244. Moritur 8. Joanna. Balduini Flandriæ Comitis & Constantinopolitani Imp. filia, Ferdinandi Portugaliæ Principis Uxor, monialis demum Marquetensis, 1266. Vita excedit Henricus III. Princeps Silesiæ.

D. VI. 655. Cœlis asseritur hac die S. Gertrudis se-

ſenior Rigomeri Principis Uxor, Adalbaldi Ducis avia, Abbatiſſa Hamaticenſis, 1201. Boleslaus Procerus, Dux ſileſiæ, & 1473. Henricus cognomento pacificus Dux Brunſuicenſis moriuntur, 1502. Anna fil. Henr. junioris, Duciſſa Brunſuicenſis naſcitur. 1561. Apoplexia perit Ioachimus Princeps Anhaltinus, 1600. Carolus Com. Palat. Pirckenfeld, & 1641. Hedvviges ſoror Chriſtiani IV. Regis Daniæ, Chriſtiani II. Elect. Saxoniæ vidua moriuntur.

E. VII. 1254. Moritur B. Innocentius IV. Pont. Max. Monachus Fructuarienſis, ex Lavaniæ Comitibus, Pater Iuris appellatus, qui magni ingenij magna reliquit monimenta & Cardinalibus primus galerum purpureum impoſuit, 1488. Franciſcus Dux Britanniæ vivere deſinit, 1504. Cæſarem graviter periclitantem Heroico facinore ſervat Ericus Dux Brunſuicenſis, 1528. Moritur, Margarit. Sax. Duc. Uxor Henrici Ducis Brunſuicenſis, 1596. Naſcitur Ioan. Caſimirus Princeps ab Anhalt, 1622. Moritur SophiaBrandeburgia, Uxor Chriſtiani Elect. Sax. 1646, ſolemnes nuptiæ Friderici Wilhelmi Electoris Brandeburgenſis cum Ludovica filia Frid. Henrici Uraniæ Principis.

F. IIX. 931. Stephanus VIII. ex Monacho Romano Pont. Maximus vir laudatiſſimus moritur, 983. Otho II. Imp. profluvio ventris decedit. 984. Adelheides Imp. Aug. vidua Lotharij Regis Italiæ, Othonis Magni Imperat. Uxor, ex hac vita migrat, 1625. Ferdinandus III. coronatur Ungariæ Rex, 1636. Maria filia Philipi IV. Regis Hiſpaniarum, infantula extinguitur.

G. IX. 877. Moritur S. Altfrid. ex mon. Corbeiæ

Hildesheimensis Episcopus, æternam memoriam ob benefacta merita, 1165. Malcolmus sive Milcolumbus Scotiæ Rex, ob perpetuam corporis castitatem Virgo appellatus, Princeps liberalissimus moritur, 1309. Henricus III. Dux Silesiæ moritur, 1411. Georgius Marchio Misniæ, & 1482. Fridericus II. Elector Palat. vivere desinunt, 1625 Ernestus Hassiæ Landgr. nascitur, eodemq; anno & die Margar. Cathar. Infans Hispan. extinguitur.

A. X. Anno Christi, 1041. Michael Paphlago Imperator Orientis universæ carnis viam ingreditur, 1463. Albertus VI. Archidux Austriæ, Viennæ extinguitur, 1570. Nuptiæ solemnes Wolfgangi Ducis Brunsuicensis, cum Dorothea Ducissa Infer. Saxon. 1605. Constantia Archiducissa Austriæ Caroli filia, conjux Sigismundi Poloniæ Regis vitam deserit, 1626. Georg. Christianus Landgravius Hassiæ Darmstad, moritur.

B. XI. 764. Moritur Regiæ potestatis & pompæ triumphator egregius, Ceolulphus Northumbriæ Rex, eruditione & sanctitate conspicuus, factus demum Monachus Lindisfarnensis. Anno Christi 365. Julianus occupat Constantinopolim & fit Imperator Aug, 969. Nicephorus Imp. in arce Constantinopolitana à Ioan. Zimisca occiditur, 1117. In Anglia magnus hominum à terræmotib. pavor, & luna tota apparet sanguinolenta.

C. XII. 664. Circiter moritur hac die S. Walericus Abbas Vimacensis, Idololatriæ reliquiarum in Gallia extirpator, 1135. Stephanus Rex Angliæ solemniter coronatur, 1141. Claret & hac die moritur S. Vicelinus Sigebergensis Monachus, Episcopus Altenburgensis, Sclavorum, Wandalorum & Holsatiæ Apostolus, 1530. Nascitur

Fri.

Fridéric. Brandeb. Administrator Magdeburgius, 1582. Ferdinandus Dux Albanus obiit, ætatis 92. alijs 79. 1636. Ferdinandus III. eligitur Rex Romanorum,

D. XIII. 653. Miraculum Regni contempti, cũ id frater offerret S. Judocus, S. Maini Monachus, moritur, in vita & à morte signis prodigiosis à Numine honoratus, 710. Circ. claret & hac die moritur S. Otthilia Abbatissa, 330. Sacrarum Virginum mater, Adelrici sive Ethiconis Ducis filia, 787. Vivere desinit Tassilo III. Bojorum Rex à Carolo Magno aliquoties victus, demum exoculatus frater conversus Monast. Laurisheimensis, quem Angelorum Ministerio nocte deduci Carolus vidit, & supplex ab eo veniam rogavit, 1034. Dietericus Lusatiæ Marchio in proprio cubiculo confoditur, 1261. Joannes Dux Lunæburgius obiit, 1428. Terræmotus Basileæ regulas rectis dejicit ædes labefactat, 1533. Ericus Rex Sueciæ natus, 1574. Moritur Adam Wenceslaus Dux Teschinensis, 1579. Anna Sophia Com. Oldenburgia nascitur, 1586. Anna Regis Poloniæ filia Stephano Bathorio magna pompa jungitur, 1598. Roma Tiberis nimia inundatione miserè vastatur & laceratur, 1521. Emmanuel Rex Lusitaniæ moritur & 1619. Joan. Sigism. Elector Brandeburgius;

E. XIV. 596. Felici immortalitati asseritur S. Agnellus Abbas, patriæ pater & Tutelaris Neapolitanorum, urbem sæpius prodigiosè defendere contra hostes visus & comprobatus, 855 Moritur S. Folquinus, è Regio Gotthorum sanguine oriundus, ex Monacho Divi Bertini, Bononiensis Episcopus, Idololatriæ quaquaversum eversor

mirificus, 1344. Anna Poloniæ Regina, filia Friderici pulchri, fit monialis Viennæ ad S. Claram, 1495. Ottho Dux Brunsuicensis nascitur, 1618. Anna Imperatrix, ux. Matthiæ Imp. moritur, & 1640. Christianus Landgravius Hassiæ.

F. XV. Iosephi Historici Iudæi natalis dies, 1303. Fridericus II. Dux Lotharingiæ vitam relinquit, 1440 Albertus IV. Dux Bavariæ nascitur, 1568. Tres soles apparent, 1570. Fridericus III. Du Lignicensis moritur, 1640. Lusitani à fide Hispaniarum Regis deficientes, Ioannem Brigantiæ Ducem sibi Regem constituunt.

G. XVI. Miraculum Regis S. Iudicael II. primi filius, cum diu omni arte excutere Regni fasces allaboraret victor denique sui & mundi in cucullo moritur, 714. Pipinus cogn. Grassus Brabantiæ Dux vivere desinit, 780. S. Sturmio Abbas Fuldensis feliciter obiit, albo notari calculo in Fastis meritus, Saxonum, Thuringorum, & Wederaviæ conversione, 1187. Gregorius VIII. Pont. Max. Pacis Conciliator, corpore solvitur, 1577. Ioan. Georgius Princeps Iagerndorffius obiit, 1614. Eberhardus Dux Wirtenbergius nascitur, 1615. Augustus Dux Saxoniæ Misnensis, 1619. Carolus Ferd. II. Imper. filius, moriuntur.

A. XVII. 698. Begga Pipini I. Brabantiæ Ducis filia, Ansegisi S. I. ad Scaldin Marchionis ux. Monialis demum & Abbatissa miris celebrata laudibus, defungitur, professionis Monast. 13. 944. S. Guilielmus Normanniæ Dux, cognomento Longa spada innocens & sanctus Princeps à Flandriæ Comitis militibus perfide trucidatur, 1554. Ernestus Bavar. Dux Episcopus Frisingensis nascitur,

&

& 1619. Rupertus Comit. Pal. Friderici V. Elect. filius, 1638 Nascitur item Anna Sophia Landgr. Hassiæ, 1634 Regina Sueciæ Christina, 18. annos nata solemniter inauguratur.

B. XVIII 760. S. Wunibaldus Richardi Angliæ Regis filius, frater SS. Wilibaldi & Walpurgæ Abbas Heidenheimensis Thuringiæ Apostolus ad coronam laborum vocatur, 954. obiit Wilhelmus Archiepisc. Mogunt. Otthonis I. filius, 1036. Pragæ terræmotu multæ ædes evertuntur, 1611. Georgius Fridericus Princeps Sunderburgius nascitur, 1644. Regina Sueciæ natalem suum magna pompa celebrat.

C. XIX. 1288. Hermannus Rudolphi I. Imp. filius parva cymba per Rhenum vectus mergitur, alij crastina, 1441. Nicolaus III. Princeps Atestinus vivere desinit, 1500. Clasis Lusitanorum à Calecutanis circumventa perimitur, 1537. Ioan. Rex Sueciæ, & 1609. Anna Maria Brand. Princeps Culmbacensis, Uxor Antonij Principis Eggenbergij, nascuntur, 1631. Achilles Fridericus Dux Wirtenberg. & 1644. Albertus Dux Saxon. Isenacensis, moriuntur.

D. XX 915. Moritur Hogerus ex Monacho Corbeiensi Bremensis Archiepiscopus, non Cathedram solum suam, sed longe positos populos, magnis meritis demeritus, cujus sacrum corpus mirabiliter translatum creditur, 1049. Circiter mortalitatem exuit B. Christianus ex Abbate Tonerati, Tholosanus Archiepiscopus Qua ipsa die migrarat ad cæleſtia S. Dominicus de Silos, Abbas Murij S. Æmiliani, à quo Ord. Prædicatorum Auctor, S. Dominic, nomē accepit, 1385. Helvetij digres-

digresso ab eis in Austriam Leopoldo Archiduce, defectionem hac die moliuntur, 1636. Ferdinandus III. Romanorum Rex solemniter coronatur.

E. XXI. 1261. Alexander IV. Pont. Max. ex Monacho summus Ecclesiæ pastor, pauperum pater, Pacis Conciliator felicissimus moritur, 1638. Nascitur Maximilianus Ferdinandi III. filius, cujus natalē alij secundo hujus mensis assignant.

F. XXII. 1136. Moritur Jutta, Meginhardi Comitis de Spanheim filia, Montis S. Disibodi monialis, miris illustratæ, 1190. Oculatissimus cæcus B. Engilbertus frater conversus Monasterij Tulperensis, prophetico spiritu mul a eventura ingeruetur, Otthoni IV, Imperium, multasque Imperij calamitates prædicens, hac die corpore solvitur, 1311. Stephanus Dux Bavariæ moritur, 1525. Ioan. Albertus Dux Mechelburgius, & 1597. Fridericus Slesuicensis Dux & 1617. Carolus Ludovicus Elector Palat. & 1635. Maria Anna Ferd. III. filia, Uxor Phil. VI. Regis Hispan, nascuntur.

G. XXIII. 1069. Agnes Imp. Henrici III. Imp. quondam conjux, cùm Imperium aliquandiu sanctè & prudenter administrasset invidia Principum submota in Fructuariæ Monasterio cucullum amplectitur, hac demum die, incertum nobis quo anno, sanctè defungitur, 1210. Ottho Brenæ Comes moritur, 1587. Martinus Schenk Eques Westphalus, miro stratagemate Bonnam occupat, 1617. Nascitur Magdalena Sibylla filia Ioan. Georgij, Elect. Saxon. Uxor primò Christiani Principis Daniæ, 2. Frider. Wilhelmi Ducis Sax. Altenburgij

A. XXIV. 619. Eleutherius exarchus occiditur 974. Anno Bergensis prope Magdeburgum Monachus,

nachus, Wormatienſis Epiſcopus alter ſuæ Eccleſiæ fundatur moritur. 1088. Eckbertus Saxoniæ Princeps Cæſarem propeGleichen gravi clade atterit, 1457. Sigismundus Marchio Miſniæ Epic. Herbipol. & 1458. Sigiſmundus Dux Gloggovienſis, & 1478. Wartislaus X. Dux Pomeraniæ, moriuntur.

D. XXV. 812. Theophilactus patris collega in Imperio Orientali deſignatur, 855. Eadmundus Rex Angliæ in auguratur, 1295. Meſtivinus II. Pomer. Dux, extinguitur, 1505. Chriſtina Sax. Duciſſa conjux Philippi Haſſ. Landgr. naſcitur, 1593. grandi in Seelandia tempeſtate 40. Naves merguntur, 1601. Erneſtus Saxoniæ Dux in Gotha naſcitur, 1648. Claudia Archiduciſſa, nata de Medicis, Oeniponte defungitur.

E. XXVI. 992. Non ſine magno horrore intuentium varij per aërem ignes conſpiciuntur, 1308. Ticemannus Marchio Miſniæ ex vulnere, ſcelere Philippi Naſſovij accepto, moritur, 1563. Æmilia Duciſſa Lignicenſis, & 1581. Philippus in Darmſtad. & 1647. Maria Hedvviges, Haſſ. Landgr. naſcuntur.

F. XXVII. Anno Chriſti 859. Roma Tyberis inundatione periclidatur, 1282. Rudolph. I. Imp. Aug. Albertum filium primum Auſtriæ Ducem è familia Habſpurgica, ſolemniter inſtituit, 1459. Ioannes Albertus Rex Poloniæ, 1620. Mauritius filius Friderici V. Electoris Palatini naſcuntur.

G. XXVIII. 1180. Fridericus Comes Bremenſis Marchio Luſatiæ, & 1442. Catharina Brunſuicenſis Duciſſa, Uxor Friderici I. Elect. Saxoniæ, moriuntur, 1534. Magdalena Saxoniæ Duciſſa Ux. Johach. Elect. Brandeburgenſis, & 1568. Chriſtopho-

stophorus Dux Wirttembergiæ vivere desinunt.

A. XXIX. 1170. Magnus ille Anglorum Tutelaris S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, crudeliter in templo mactatur de Regno & Rege etiam à morte mereri non desinens, 1436. Ludowicus III. cognomento Barbatus Elector Palatinus, & 1534. Magdalena Saxoniæ Ducissa Uxor Ioachimi II. Electoris Brandeburgij, alij heri, & 1629. Agnes Ducissa Wirttenbergiæ, Uxor Francisci Iulij Saxo Lauvenburgij, moriuntur.

G. XXX. 800. Circiter moritur S. Alfreda Offæ Merciorum Visi-saxonum Nortumbriæ & Australium Saxonum Regis filia, Ethelberti Orientalium Anglorum Regis sponsa, verum hoc occiso, Regum Regi, in S. Guthlaci Cænobio desponsa, sanctitatis fama inclyta. Moritur eodem die, incertum quo anno, Anastasius ex Abbate S. Alexij Romæ Colecensis Episcopus, Ungarorum Apostolus, qui Regis titulum & coronam S. Stephano Regi impetravit.

A. XXXI. 1148. Dertosam expugnat Raimundus Aragonum Princeps & Mauros fortiter debellat, 1174. Wilhelmus Rex Scotiæ ab Anglo capitur & 15. datis obsidibus ac quatuor arcibus liberatur, 1535. Rainaldus Marchio Atestinus, &c. Princeps virtute, fortitudine, prudentia, humanitate nulli secundus, vivere desinit, 1564. Ernestus Dux Brunsuicensis Wilhelmi filius nascitur.


Obser-

Observa mi Lector.

Quæ à mutatione Calendarij, in relatione facti cujusque ad diem certam memorantur, dubia semper esse, utrum nam veteri Stylo intelligenda veniant, an novo, dum ab Historicis à Romana fide alienis adnotata habentur, uti & pleraque, quæ de Principibus similiter ab Ecclesia Romana dissentientibus traduntur, cum in hoc ipso, illi etiam inter se diversi admodum sint, & nostros subinde scriptores multis ex causis imitentur, quod monere omnino oportuit; & facilè fuerit alterutrum ominari, & Stylum Stylo vertere, cum in hoc certi quidpiam statuere, arduum omnino sit, & vix, nisi magno opere tentandum.

Vale.

Histo-



HISTORIÆ VETERIS
Cum Sacræ, tum Prophanæ
NUCLEUS
Compendioſiore Methodo Exhibitus.

AUTHORE,

R. P. F. Gabriele Bucelino,
Ordinis S. P. BENEDICTI
Aſceta Presbytero

Imperialis Monaſterij Weingart.
Priore S. Ioannis Baptiſtæ in Veldtkirch.

Anno partæ Chriſto nato Salutis
M. DC. LXIV.

SACRÆ ET PROPHANÆ VETERIS HISTORIÆ Compendiosior Nucleus.

Sacra.			Prophana.
Anni Mundi.	Patriarchæ.	Anni ætatis.	
1	Creatur Adam.	930	
135	Seth.	912	
236	Enos.	905	
324	Cainam.	910	Turbata jam in orbe omnia Cainitis, omnia vertentibus, cum semper humanum mirum in modum multiplicaretur.
396	Malaleel.	895	
460	Iared.	962	
623	Enoch.	395	
688	Mathusalem.	969	
875	Lamech.	777	
1057	Noe.	950	
1559	Sem.	600	
1659	Arphaxad.	338	Nemrod sive Nimrod & Zoroastres nati.
1694	Cainam.	568	
1724	Sale.	433	
1754	Heber.	464	
1788	Phaleg.	239	
1818	Rheu.	239	
1850	Sarug.	230	
1880	Nachor.	148	REGES ASSYRIOR.
1909	Thare.	205	1932. Nemrod seu Belus
1979	Abraham.	175	Regũl. quẽ Satur, volũt.

A·M.	Sacra Ætas.		Prophana.	
2039	Abrahamũ alij nunc natum volunt.	1996	Ninius.	52
2048	Loth nascitur.		Semiramis.	42
2049	Sara n.		Babylon struitur.	
2091			Nynias.	38
2139	Isaac. n.	180	2128 Arrial. Mars	30
2158			Aradius.	40
2299	Iacob. n.	147	Balæus.	30
2228			Armamitres.	38
2266			Belochus I.	35
2260	Ioseph.	110		
2301			Balæus II.	52
2306	Ioseph venditus.			
2318	Isaac moritur.			
2328	Iob n.			
2338				
2353			Sparta conditur.	
2355			Altadas.	32
2399	Ioseph moritus.		Mamythus.	20
2415				
2445			Machalæus.	30
2464	Moyses n.	120	Sphærus.	20
2465				
2491	Iosue n.		Mamylus.	30
2495			Sparetus.	40

A.M.	Sacra	Prophana. A.R.
2535		Ascades Rex. 40
2544	Ægyptij in mari rubro mersi.	
2575		Amynthas. 45
2584	Iosue præest.	
2600	Othoniel. post Iosue	
2620		Belochus. 25
2640	Aod post Othonielē	
2645		Bellepares. 30
2676		Lamprides. 32
2707		Sosares. 20
2720	Barac post Aod.	
2727		Lampares. 30
2757		Panyas. 45
2760	Gedeon. 40	
2800	Abimelech. 3	
2802		Sosarmus. 19
2803	Thola. 23	
2821		Mitræus. 27
2826	Iair. 22	
2848	Iephte, 6	
2849		Ludi Olympiaci instituti Teutæus. 39
2854	Abesan. 7	
2861	Aialon. 10	

A.M.	Sacra.	A.R.	Prophana.	A.R
2871			Troja excisa.	
2872	Abdon.	8		
2880	Samson.	20		
2920	Heli.		Tinæus Rex.	30
2940	Samuel fit Judex.			
2950			Dercylus Rex	40
2962	Saul creatur Rex I.	10		
2969	David inungitur.			
2971	David Goliathum sternit.			
2977	Samuel moritur.			
2979	Saul occumbit. David.	40		
2991			Eupales Rex	38
3000	Salomon nascitur.			
3007				
3020	Salomon Rex ungitur.		Laosthenes.	45
3021	David moritur.			
3030	Templū dedicatur.		Ephesus conditur.	
3059	Roboam Rex Iud Hierobam Rex Isr.			
3073			Byrrtiades.	30
3077	Abias 3.			
3079	Asa. 41.			

A.M	Sacra.	A.R.	Prophana A.R.
3082		Nadab. 2	
3082		Baasa.	
3103			Ophratæ9 Rex 20
3105		Elas. 2.	
3106		Zambri. Amri.	
3117		Achab. 22.	
3120	Josaph. 25		
3123			Ophratanes. 50
3138		Ocezias 2.	
3139		Joram 12	
3145	Joram. 5.		
3150	Ochozias. 1.		
3151	Atalia.	Jehu 28.	
3157	Joas Attali: occisa.		
3166			Carthago condita.
3173			Ocrazapes Rx. 41.
3178		Joachaz Rx. 17.	
3195		Joas 16.	

A.M.	Sacra A.R.	Proph. A.R.	na. A. Regni.
3196	Amasius Rex Juda. 29	Jeroboa. 41.	
3210			
3215			Sardanapalus. 20
3225	Orias.		
3235			Phules.
3250	Orias lepra percussus.		
3251		Inter regnũ	
3263		Zacharias Rex.	
3264		Sellum m. 1. Manasses.	
3278	Joathan. 16.		Teglat Phalasar. 25.
3284			Romulus & Remus nati.
3293	Achat. 16.		
3302			Roma cõdita.
3309	Ezechias.		
3310			Salmanasf. 9.
3318			Senacher. 7.

A.M.	Sacra. A. R.		Proph. A. Reg.
3324	Angel9 occidit 18500c.		Assarhaddon 18.
3333			Finis Regni Assyrij.
3334			Merodacus Medus.
3337	Manasses. 55		
3344	Capitur Manasses.		
3345	Restitutus Manasses.		
3346	JudithHolof occidit.		
3375			Ben. Merodach Rex 21.
3377	Tobias senior obiit		
3392	AmmonRexJuda. 2		
3394	Josias Rex. 31		
3407			Nabolassar Rex Babyl. 29:
3410	Tobias junior moritur.		
3418	Judith moritur.		
3425	Joachaz Rex Juda moritur. m.3.		
3426	Joachim Rex. 11		

A.M.	Sacra. A.R.	Prophana. A.R.
3428	Jerusalem & Joach. capti.	Nabuchodonosor capit Jerusalem.
3429	Joachim solvitur.	
3436	Jechonias & mox Sedecias. 11	
3438	Susanna liberatur.	Historiam Rom. alibi habes,
3446	Sedecias captus.	
3447	Jerusalem exuritur.	
3448	Jeremias lapidatur.	
3450	Finis Regni Juda cum Rege.	
3451		Nabuchodonosor triumphat.
3452	Captivitas.	Idem varios populos subjugat.
3456	Tres pueri in fornac	
3460		Solon Legumlator claret.
3462	Ezechiel moritur.	
3465		Nabuchodonos. bestiæ assimilatur.
1472		Idem sibi & Regno redditur.
3473	Daniel in lacu illæs.	Evilmeredacus 22

A.M.	Sacra.	A.R.	Prophana.	A.R.
3494			Balthasar.	17
3495			De Regibus Persarũ & Medorum alias	
3517	Judæi libertate donati.		Cyrus Monarchiam Persarum orditur.	
3518	Zorobabel. Dux Jud.	32		
3528			Cyrus victus occiditur.	
3524			Cambyses seu Assuerus.	
3528			Miri progressus Cambysis.	
3531			Emerdes Persarum Imp. m.	6
3532			Darius Hystaspis.	36
3533	Templũ Jerosolym. restituitur.			
3535	Daniel Propheta obiit.			
3537	Templũ dedicatur.			
3545			Reges Roma ejecti	
3551	Resa Dux Judæorum.	46		
3562			Pugna Marathonia.	
3567	Nunc primum Ressam Ducem volunt.		Darius Hystaspis ob.	

A.M.	Sacra.	A.R.	Prophana.	A.R.
3568			XerxesPers. ℞	21
3574			Zerxes à Temisto-cle victus.	
3578			306.Fabri. occumbunt.	
3589			Artabanus m. 7.Ar-taxerxes.	40
3592	Vasti Regina rejecta.			
3593	Esther Regina deligitur.			
3594			Ægyptus à Persis subigitur.	
3595	Esdras Regi gratus.			
3597	Mardochæus seditionem prodit.			
3602	Judæi libertati plaudunt.			
36126			ResRomanas Fusius alibi habeo.	
3630			Artaxerxes,Sogdianus m. 7.	
3631			Darius Persar. Rex	
3632	DeDecum Judæ annis varia.			
3745			Hannib. inclarescit	
3649			Darius ob.succ.Artaxerxes.	

A.M.	Sacra.	A.R.	Prophana.	A.R.
3670			Aristotel. nascitur	
3689			Artaxerxes, Ochus cogn.	23
3694			Philippus Alexandri M. Pater claret.	
3698	Quietæ res Iudæorum.		Alexander Magnus nascitur.	
3712			Arses post Ochum Rex Pers.	4
3715			Arses occiditur.	
3716			Darius Persis Imperat.	6
3723	Alexand. M. victo Dario & à Besso cæso Monarchiam ad Græcos transfert.			
3730	Silẽt ferè sacra.		Tãtus Monarcha juvenis defũgitur & Monarch. dividitur	

A.M.	Reges Syriæ.	Reg. Macedoniæ.	Reges Ægypti.	Reges Asiæ.
3730		Aridæ 97.	Ptolom. Lag. 40.	
3735				Antigonus. 18
3737		Aridæus occisus.		
3738		Cassader.		

A.M.	Sacra.	Prophan.		Proph.
3743	Seleucus 32			
3755		Cassander ob.		Demet. 17.
3756		Antigonus & Alexād		
3759		Demetr.		
3765		Pyrrhus mens. 7.		
3766		Lysimach		
3769			Ptolom. obiit.	
3770			Ptolom. junior.	
3771		Ptolomæus Ceraucus.		
3772		Meleager, mox Antipater.		
3773		Sosthen. 2.		
3775	Antiochus Sother.	Antigonus.		
3787		Demetrius.		
3792	Antiochus Theos.			
3807	Seleucus.			

A.M.	Reges Syr.	Maced.	Ægypti.	Asiæ.
3808			Ptol. Evergetes.	
3814				Attalus m. Asiæ.
3820		Antig.		
3827				
3827	Seleucus Ceraunus.			Seleucus Ceraun9.
3830	Antiochus Magnus.	Philippus.	Ptol. Philopater.	Antioch. Magnus.
3856	Seleucus Philipat.		Ptol. Epiphanes.	Seleucus Philopat.
	Reges Syr.	Maced.	Ægypti.	Asiæ.
3874			Ptol. Philometor.	
3875		Pers. o		
3878	Antioch. II			
3886		Perse9 capt9.		
3885	Hierusalē capta.	Finis Regni.		
388[illegible]	Mathathias.			
3889	Judas Machabæus.			
3892	Antiochus perijt.			

A.M.	Reges Syr.	Macedon.	Ægypti.	Asiæ
3893	Ant. Eupator.			
3894	Demetrius Soter.			
3903	Alexander Rex.			
3909	Demetrius junior.		Ptol. Evergetes.	
3910	Antiochus Sedetus.			
3911	Jonathas Dux.			
3925	Demetrius Rex.			
3926	Alexander Rex.			
3928	Antiochus Gryphus.			
3937			Ptol. Lathurus.	
3950	Aristobulus R. Iud.		Ptol. Alexander.	
3951	Ioannes Alexand.		Pt. Phisconit.	
3957	Seleu. post Gryphum.		Pt. Dionysius.	

A.M.	Reg. Syr.	–	Ægypti.	Asiæ.
3960	Antiochus Pius.			
3980	Alexandra			
3988	Aristobulus Rex.			
3991	Capta Hierusalem.			
3997			Auletes iterum.	
4003			Idem moritur.	
4004			Ptolomæus Dionys.	
4007			Cleopatra	
	Reges Iudæorum.		Reges Ægypti.	
4015	Antigonus Hierosolymam capit.			
4017	Herodes Hierosolymam obsidet.			
4018	Antigonus ab Antonio occisus.			
4024			Cleopatra veneno se necat.	
4025	Herodes Mariamnem & Alexandram necat.		Finis Regni Ægyptiaci.	
4035	Herodes Templũ restaurat.			

A. M.	Reges Judæorum.	
4038	Nascitur Deipara.	
4052	Verbum caro factum est.	

Nunc pro majore rerum cùm Sacrarum, tum Prophanarum intelligentia, Genealogicam Patriarcharum & Regum veteris Testamenti deductionem, ac dein aliorum quoque Regum & Principum, quam compendiosissimè descripta Stemmata afferamus, ex quibus unico subinde quasi contuitu, multa & mira, quin & rei Historiæ plurimum conducentia & convenientia penitius dispiciamus.

Stemma Adami primi Parentis nostri ad usque tempora Diluvii.

Adam Protoparens mortalium vixit annos 930. genuit anno ætatis 130. ex Eva.

Cain, qui fuit Agricola, & Henoch condidit.

Henoch, à quo pater urbem Henochiam cognominavit.

Irad filius Henoch.

Maviael natus ex Irad.

Mathusael, n. ex Maviael

Lamec. Vx. 1. Ada. 2. Sell.

Iab. Iub. Tubal. Noema.

Abel à fratre occisus vir sanctus

Seth natus 131. vixit 912. pr. 105.

Enos genuit anno ætatis 90. vixit annos 905.

Cainan genuit ætatis 70. vixit 910.

Malaleel genuit. æt. 65. vixit 895.

Iared. genuit æt. 162. vixit 962.

Henoch genuit æt. 65. vixit 365. & nõ cõparuit.

Matthusalem gen. ætat. 187. vixit 969.

Lamech genuit anno ætatis 182. Vixit annos omnino 777.

Noe vir justus atque perfectus ætatis 600. (plus minus completo) ingreditur in arcã die 17. mensis primi 1656. egreditur die 27. mensis secundi anno mundi 1657.

Sem nascitur anno ætatis Noë 503.

Cham.

Japhet.

Genealogia. Sem.

Sem genuit anno
ætatis 100. vixit 600.

Ælam. Assur. Arphaxad gen. ætat. Lud. Aram.
anno 25. vixit annos 303.

Sale. genuit ætatis Vs. Hul, Gether. Mes.
30. vixit annos 403.

Heber genuit ætatis 34. vixit 430.

Phaleg. genuit æt. 30. vixit annos 209. Iectan.

Reu. genuit anno ætatis 32. Vixit annos 207.

Elmodad.
Saleph.
Asarmoth.
Iare.
Adoram:
Huzal.
Decla.
Hebal.
Abimael,
Saba.
Ophir.
Hevila.
Iobab.

Sarug. genuit anno ætatis 30 Vixit annos 200.

Nachor genuit anno ætatis 29 vixit annos 119.

Thare genuit anno ætatis 70. vixit annos 205.

Abraham de cuius Nachor, Ux. Melcha Aran ante
proxima genesi tab. Concubina Roma. patré ob.

Loth.
Hus.
Buz.
Camuel pater Syrorum.
Cased.
Azan.
Pheldas:
Iedlaph.
Bathuel,
Tabee.
Goham.
Tahas.
Maacha,

Laban, cui servijt Iacob. Rebecca.

Lia. Rachel.

Genesis Patriarchæ Abraham.

Abraham vixit annos ætatis 175.

Vx. 1. Sarai. Agar Ancilla. Cetura.

Zamran. 1. 2. Iecsan. 3. Madan. 4. Madian. 5. Iesboc. 6. Sue.

Sabe. Dadan. Epha. Opher. Henoch, Abida.

Ismael à quo Ismaelitæ, vixit annos 137.

Elda. Nabajoth. Cedar. Adbeel. Mabsan. Maima. Duma. Massa. Hadar. Iethur. Naphis. Cedma.

Isaac Patriarcha, duxit año ætatis 40. Rebeccam. ob. autem Isaac anno ætatis 180.

Esau. Iacobus, cl iie ætat. 147. Vx. 1. Lia. 2. Rachel. Bala ancilla. zelapha.

1. Ruben. 2. Simeon. 3. Levi. 4. Iudas. 4. Iudas. 5. Isachar. 6. Zabulon. Dina.

11. Ioseph. 12. Benjamin.

7. Dan. 8. Nephtali. 9. Gad. 10. Aser.

Manasses. Ephraim. Her Onan. Sula Phares. Zara.

Hesron. Hamul.

Ierameel. Ram sive Aram. Calub.

Aminadab.

Nahasson Princeps filiorum Iuda.

Salma sive Salmon.

Booz, sive Boos, Vxor Ruth.


Obed.

Isai sive Iesse.

Eliab. Aminadab. Simaa. Nathanel. Raddai. Asom. David.

Davi-

Davidis posteritas Genealogicè deducta.



Roboam insipientissimus filius, Rex Iuda, añis 17.

Abias II. Rex Iuda annis 3.

Asa III. Rex Iuda annis 41.

Iosaphat IV. Rex Iuda annis 25.

Ioram V. Rex Iuda annis 8.

Ochozias VI. Rex Iuda ætatis 23, occiditur.

Ioas VIII. Rex Iuda. an. 40. occisus deniq; à servis.

Amasias IX. Rex Iuda. annis 29.

Azarias X. Rex Iuda. annis 52. Fuit leprosus.

Ioathan XI. Rex Iuda. annis 16.

Achaz Rex XII. Rex, annis 16.

Ezechias XIII. Rex, annis 29. verè pius & sanct9.

Manasses XIV. Rex annis 55.

Ammon XV. Rex, annis 2.

Iosias XVI. Rex Iuda. annis 31. Perit in prælio.

Ioachas R. 3. mēs. Ioach. R. XVIII. an. 11. Sedecas.

Iechonias, qui & Ioach. R. Iuda XIX. mensib. 3. Sedecias R. XX. an. 11.

Nunc

Nunc Israel quoque Reges eo quo sibi successere ordine designemus.

REGES ISRAEL POST OBITVM SALOMONIS.

1. Jerobeam contra Robam implacibilem juvenem electus. Regnavit annis 22. 3. Reg. 14.
2. Nadab filius Jeroboam occisus 3. Reg. 15. cum tota patris impii posteritate.
3. Baasa regnavit annis 24. de quo 3. Regum c. 15.
4. Ella præfuit annis 2. occisus 3. Reg. 16. & tota domus Baasa deleta.
5. Zambri septem tantum diebus præest, & ab Amri obsessus se cum domo Regia exurit. 3. Reg. 16
6. Amri regnavit annis 12. sepultus in condita à se Samaria.
7. Achab Rex Israel præfuit annis 22. Nequissimus Regum Bello Syriaco sagitta ictus occumbit.
8. Ochozias præfuit annis 2. Moritur 4. Regum 1.
9. Joram regnavit annis 12. sagitta percussus perit 4. Reg. 9.
10. Jehu præfuit annis 28. 4. Reg. 10. Moritur 4. Reg. 13.
11. Joachaz præfuit annis 17. 4 Reg. 13. filius Jehu.
12. Joas præfuit annis 16. 4. Reg. 13. filius Joachaz
13. Jerobeam regnat annis 41. 4. Reg. 14.
14. Zacharias Regno præfuit sex solum menses, à Sellum occisus 4 Regum 15.
15. Sellum unum solummodo mensem præfuit occisus à Manahe.

16. Ma-

16. Manahem regnavit super Israel annis 10. 4. Reg. c. 15.

17. Phaceas sceptrum tenuit annis duobus, 4. Reg. 15.

18. Phacee regnavit in Israel annis viginti.

19. Osee ultimus Rex Israel præfuit annis novem, ac tum Samaria expugnata, Rex in captivitatem abductus est.

Nunc Gentilium quoque Regum cùm certam successionis seriem, tum genesim, quando ad Historiam momentum posse adferre, animadvertimus proferemus.

REGES PERSARUM.

I.

Cyrus Assyriis potenter devictis Monarchiæ præstantissimus Conditor extitit. Chaldæos, Ægyptios, Chares, Phryges superavit, Babylonem evertit, & 29. annis regnans, è quibus septem, ut Monarcha, tandem à Syris victus occubuit anno Orbis conditi 3523.

II.

Cambyses Cyri filius, idem Asverus & Xerres dictus. Ægyptum subdidit, & multa præclarè gessit; fratrem tamen & sororem occidit, quod illum in solio Regio sedere somniasset. Suo autem ipse gladio periit, dum Equum insiliret O. C. 3531.

III.

Smerdes Ascititio & mentito nomine, Magus quidam, pro Smerde Cambysis fratre jam occiso se gerens, menses septem imperat, à Dario interfectus, cum Collega.

IV.

Darius Judæos colit, Templi restaurationem per-

permittit, Babylonem expugnat, Jones rebelles domat, & anno O. C. 3568. moritur.

V.

Xerxes Darij filius, Isthmum montis Athos perfodit, Hellespontum ponte jungit, victus aliquoties â Græcis Athenas denique captas concremavit, ab Artabano denique perfidè occisus anno O. C. 3589.

VI.

Artabanus Tyrannus, dum Artaxerxi quoque Xerxis filio insidias struit, ab hoc interimitur cũ menses septem imperasset.

VII.

Artaxerxes, qui & Asverus, quem nonnulli Cyrum, alij Darium Longimanum appellant, mortales omnes superasse pulchritudine memoratur. Hic est, qui Vasthi Reginam repudiavit, & Hester sibi junxit, multaque præclarè & feliciter gessit, mortuus anno O. C. 3630.

VIII.

Xerxes Artaxerxis filius vix duos imperans menses â Sogdiano fratre occiditur.

IX.

Sogdianus immani facinore Regno potitus post 7. menses â Dario fratre Notho, & ipse interimitur.

X.

Darius cognomento Nothus, ad quem malè â suis habitus Alcibiades profugit, præfuit annis fere 19. obiitque 3649.

XI.

Artaxerxes II. cognomento Memnon. Princeps felix & potens, sed & pacis cultor laudatissimus obiit O. C. 3689.

XII. Ar-

XII.

Artaxerxes, cognomento Ochus, qui anno O. C. 3712. à suis interemptus est, cum insolentius imperaret.

XIII.

Arses, Arsanus, & Argus nonnullis dictus post patrem imperat, non multo post & ipse Anno O. C. 3715. è medio sublatus.

XIV.

Darius Arsetis seu Arsani frater ab Alexandro Magno victus Persicæ Monarchiæ finem fecit, à Bessa occisus anno O. C. 3723. Alexandro Monarchiam Græcorum inchoante, & hoc anno Alexandriam, nomini sui Trophæum condente.

NO-

MONARCHARUM PERSICORUM

Compendiosior Genesis.

Tres filij Bagoæ scelere & dolo sublati.
Arses, sive Arganus Persar. rex XIII. & ipse à Bagoa necatus.
Dario Persarū Rex XIV. & ultimus ab Alexandro M. victus.
Statira soror Darij simulq; Uxor.
Esatres de quo Plutar.

Amestris patris Uxor.
Attossa & ipsa Uxor patris.
Artaxerxes cognomento Ochus Persarum Rex XII.
Arsanes.
Ariaspes semet veneno tollit.
Filij spurii plures.

Idernis.
Sex liberi in infantia mortui.
Amistris.
Artaxerxes cognomento Memnon Rex Persarum XI.
Cyrus, de quo Xenoph.
Artostes Ostanes de quo Plutarchus.
Oxendras Osathres, de quo idem.
Atossa.

Xerxes Rex VIII. à fratre Sogdian. occisus.
Sogdianus Rex IX. à fratre Nothos interfectus.
Bagaroza & i sa à fratre occisa.
Darius cogn. Nothus Rex Persarum X.
Arsites.
13. filij Spurij.

Camby ses Rex I I. | Smerdes à fratre occ. | ArtaXerXes Iongimanus ReX VII. | Darius à fratre occ. | Artabanus Tyrannus.

Cyrus I. Persarū Rex. | Artabazanes | Xerxes Rex Pers. V. | Abrocomes & Hyperátes | Ariabignes occ. | Gobias.

Cambyses Astiugis Medorū Reg. filiq. | Darius IV. Persarū Rex, mortuus O. C. anno 3568. | Smerdes Magus Tertius Persar. Rex.

Re-

REGES MACEDONUM recta serie descripti.

I. Cranaus primus Macedonum Rex á Troia capta. Emathiam occupavit, quæ deinceps Macedonia est appellata.

II. Cænus Macedonum Rex quadringentis annis post Troiam captam.

III. Tyrimas Macedonum Rex III. anno post Troiam expugnatam 412.

IV. Perdiccas eo nomine primus Urbis conditæ anno 18. imperat.

V. Argeus, alijs Ægeus Perdiccæ filius anno V. C. 69.

VI. Philippus Argei filius, certè hæres legitimus anno V. C. 109. rebus præfuit.

VII. Europs sive Æropus, patri immatura morte soluto puer successit, qui in cunis expositus, victis pene Macedonibus animum addidit, cum á Thracibus & Illirijs perurgerentur, claruit V. C. anno 148.

VIII. Alcetas Macedonum Rex anno V. C. 175.

IX. Amynthas, qui Darij Legatos neci addixit. cū Reginæ & filię pudicitiæ insidiarentur, 204.

X. Alexander Amynthæ filius anno V. C. 254.

XI. Perdiccas II. Macedonum Rex undecimus V. C. 297.

XII. Archelaus filius Nothus Perdiccæ, qui N. legitimū è medio sustulit, clar. V. C. anno 325.

XIII. Orestes Macedonum Rex Archelai filius V. C. anno 349.

XIV. Archelaus incertū cuius filius anno V. C. 352.

XV. Pausanias & ipse ignoti generis anno V. C. 356. claruit.

XVI. A

XVI. Amynthas Menelai filius Alexandri Magni avus, anno V. C. 157. ab Argæo pulsus.
XVII. Argæus, incertū cujus filius, anno V. C. 363.
XVIII. Amynthas iterato Rex, anno V. C. 364.
XIX. Alexander II. eo nomine Macedonum Rex V. C. 381.
XX. Ptolomæus Alorites, claruit anno V. C. 382.
XXI. Perdicca III. Macedonū Rex anno V. C. 386.
XXII. Philippus, magnus omnino Rex, Amynthæ filius Alexandri magni parens 392. interfectus à Pausania.
XXIII. Alexander Magnus, Regum Maximus, Monarchiæ Græc. Conditor, añō V. C. 418.
XXIV. Arridæus idem Philippus dictus Alexandri Magni frater. Anno V. C. 430. captus ab Olympiade interficitur.
XXV. Cassander Olympiadem persequitur, anno. V. C. 437.
XXVI. Antigonus Cassandri filius anno 455. simul cum fratre Alexandro.
XXVII. Demetrius Antigoni Asiæ Regis filius, Macedonum Rex vigesimus septimus V. C. anno 459.
XXVIII. Pyrrhus ex Rege Epiri Macedonum Rex 466.
XXIX. Lysimachus ex Rege Thraciæ 29. Macedonum Rex anno V. C. 466. Pyrrho ejecto.
XXX. Ptolomæus Ceraunus, anno V. C. 471.
XXXI. Meleager Macedonum Rex mensibus solum duobus imperavit.
XXXII. Antipater Cassandri filius diebus quinque & quadraginta sceptrum tenuit.
XXXIII. Sosthenes anno V. C. 472. biennium regnavit.

XXXIV.

XXXIV. Antigonus Gonathus, qui Lacædemoniam Regno Macedonum adjecit 474. & 36. annis præfuit.

XXXV. Demetrius Macedonum Rex 510. Antigoni filius.

XXXVI. Antigonus Iunior senioris ex fratre nepos, V. C. 520.

XXXVII. Philippus II. alijs III. Macedonum Rex, Demetrij filius, anno V. C. 534.

XXXVIII. Perseus Philippi filius 575. in fratrem impius ejusque cædis auctor. Captus ab Æmilio Cons. Rom. & in triumphum ductus, illic in custodia decessit, cujus junior filius Romæ, ob inopiam artem fabrilem didicit.

XXXIX. Andriscus Pseudophilipp. anno V. C. 601.

Nunc tabellas aliquot Genealogicas subijciamus.

Pausanias Rex Macedonum XV. | Orestes Rex Macedonum XIII. V. C. 349.

Alexander ab Archel. rege oc. | Amynthas pater N. generi Archel. | Archelaus Nothus Rex XII. 325. | N. Legimus á fratre oc

Alcetus à Philipp. nepote Archelao occisus. | Perdiccas II. Derd. Rex Maced. XI. V.C. 297. | Stratonice Ux. Seuthis Thrac. Regis.

Alexander Rex X. Macedonum anno V. C. 254. | Gygea Uxor Buraris Satrapæ Persici.

Amynthas Rex Macedonum IX. anno V. C. 204.

Alcetas Rex Macedonum VIII. anno V. C. 175.

Europs Macedonum Rex VII. anno V. C. 148.

Philippus Rex Macedonum VI. anno V. C. 109.

Argeus Rex Macedonum ordine V. anno V. C. 69.

Perdiccas Rex Macedonum suæ familiæ I. Anno ab urbe condita 18.

Aliæ

Aliæ Lineæ Regum Macedonicorum.

ReX puer Perdic. fil. | Alexander Magnus Monarch. conditor, VXores ejus RoXanes et Arſinoe. | Arideus qui et Philippus ReX Maced. XXIV. VX. Euridice.

Alexander Rex Macedonum XIX. V. C. 381. | Perdicca III Rex Macedon. XXI. año V. C. 386. | Philippus Rex Macedonum XXII. anno V. C. 392. | Archelaus Princeps Macedon. | Ariadæus Princeps. | Menelaus Princeps.

Amynthas Rex Macedonum, XVI. qui expulſus ſecundum Rex fit XVIII.

Menelaus Regij generis Princeps.

Andriſcus Pſeudophilipp. Rex Macedon. | Alexander Princeps. | Philipp. Princeps Maced.

Perſeus Maced. Rex, Uxor N. Soror Bruſ. Reg. Bithyn. | Demetri⁹ Perſei fugilatione à patre occiſ.

Philipp. II. Macedon. Rex. XXXVII. anno V. C. 534. | Antigonus Princ. Macedonum.

Alcyonis Princeps. | Demetr. Rex Mac. Ux. N. ſororAnt. Regis Syriæ. | Antigonus Rex Maced. Vx. ſororfratriæ | Echecrates Princeps.

Stratonice, Ux. Seleuci & Antiochi Regũ Syriæ. | Demet. Princeps Cyrenes. | Antigonus Ionathas Rex Maced. anno V. C. 474. | Demetrius alter ſive junior, Ux. N. | Eumenes Princeps. | Alexander Princeps. | Corrhabus Princeps.

Demetrius Macedonũ Rex XXVII. anno V. C. 459. Ux. Phila. Prolomais. Deidamia.

Antigonus Aſiæ Rex, Philippi filius. Uxor Stratonice.

A-

Aliud Lineæ fragmentum.

Antigonus Rex Macedonum XXVI. Alexander cum Ant. fratre regnavit, &c. Antipater Rex Maced. XXXII. Ux. Euridice.

Cassander Macedonum Rex XXV.
Ux. Thessalonice Aridæi Regis fil.
Antipater.

REGUM ÆGYPTI POST ALEXANDRI MAGNI OBITUM.

Series.

I. Ptolomæus Lagi filius, Sother dictus, Regnum Ægypti sorte consequutus. Perdiccam Regno imminentem fudit & occidit. Cyprum, Phœnicē multasq; insulas Regno adjecit. V. C. 434.

II. Ptolomæus Philadelphus, omni scientiarum genere clarissimus anno V. C. 470. Bibliothecam 50. millium voluminū instruxit, à quo 70. interpretū volumē habemus, occisus à Belgio;

III. Ptolomæus Evergetes, Philadelphi filius, multas ditiones suo Regno adjecit, claruit, V. C. 508.

IV. Ptolomæus Philopator, Evergetis filius, V. C. 544. dictus Philopator, quod patrem & fratrē trucidarit, sed & conjugem occidit.

V. Ptolomæus Epiphanes infans patri succedit, V. C. 551.

VI. Ptolomæus Philometor Epiphanis filius Pisconis frater, anno V. C. 575. Alexandrum Syriæ Regē bello vicit, oblatumq; ejusdē obtruncati caput contuitus præ lætitia expiravit.

VII. Ptolomæus Evergetes Philometoris filius 610. crudelitate & incestu abominandūs duos proprios filios interemit.

VIII. Ptolomæus Phiscon, idem & Sother dictus, à matre Cleopatra post aliquot años deturbat.

XI. Alexander minor filiûs à matre Cleopatra solio impositus, veritus ejusdem animi mutabilitatẽ eidem post decem annos Regnũ resignat.

X Cleopatra, post duos filios imperat, dumq; filio, ne se mortua imperaret necem parat morte prævertitur.

XI. Ptolomæus Phiscon Regnum recipit, quẽ Arabes opprimunt.

XII. Ptolomæus Auletes, idem & Dionysius dictus, à propria filia Berenice Regno ejicitur.

XIII. Berenice patre ejecto imperat Archelao Mithridatis filio in Regni & thori consortium assumpto.

XIV. Ptolomæus ope Romanorum Regno redditur anno O. C. 3999. filiamque & Archelaũ Tyrannos interficit.

XV. Ptolomæus Auletis filius à Cæsare constitutus Rex Ægypti V. C. 706. contra Cæsarem pugnans, victusque à fugientibus suis è navi in mare detrusus, mergitur.

XVI. Cleopatra ultimi Regum soror, beneficio Julij Cæsaris Regnum suscipit, quod ad Augusti Imperatoris 15. annum Imperij tenuit. Nupsit hæc denique M. Antonio Triumviro, de cujus utriusq; luxu admirãda prorsus referuntur. Verũ triumphato, triplici navali prælio, Antonio, sibiq; ipsi cruentas consciscente manus, capta, cũ se ad triumphum reservari sciret, admotis ad venas aspidibus & ad mordendum, evomendumque virus concitatis, veluti somno soluta perijt.

Sed nunc Genealogicam quoque Regum eorundẽ connexionẽ & jura sanguinis dispiciamus.

Genealogia Regum Ægypti.

Berenice Ptolomæus à patrem ejiciens ab hoc perimitur.	Ptolomæus à C. Iul. Cæsare constituitur Rex Ægypti, Ux. Cleopatra Soror.	Cleopatra ultima Regina Ægypti.	Arsinoe à Cleopatra occisa.

Non magno ingenio, sed optima indole fuit, justitiæ amans, eorumque delectatus consilio, quos vitæ integritas commendaverat. Exteros auro promptius sibi obligavit, quam bello apperijt. Ægrior filijs Michaeli, Andronico & Constantino reliquit, matre Eudocia tutrice & Domina designata. Nec multo post Anno 1067. obijt.

EVDOCIA CVM FILIIS.

Præfuit hæc aliquandiu non imprudenter, interque illos media sedens in judiciali suggestu civiles quæstiones & Legatos audivit. Verum barbaris Orientem infestantibus, spreta jurisjurandi Religione, quo se Marito obligaverat, Romano Diogeni nupsit, anno Christi 1068.

ROMANVS cogn. DIOGENES.

Imperium insigni triumpho de Turcis auspicatus, sequenti etiam anno pugnat feliciter, tertio victus captusque cum paulo post dimitteretur, jussu Michaelis Ducæ filij exoculatur 1071.

MICHAEL DVCAS.

Parapinaceus etiam dictus, sive famelicus, quod ejus tempore nimia fame Constantinopolis afflicta fuisset. Homo inutilis fuit, contra quem Orientis Duces Nicephorum Botoniatem elegerunt, qui Turcis in auxilium vocatis, Bizantij etjam primoribus ipsi faventibus facile Imperium consequutus est, his Michaëlem in Monasterium detrudentibus cum vix sex menses imperasset.

NICEPHORVS BOTONIATES

Nec ipse antecessore felicius, dum negligen-

rius Rempubl. administrat ab Alexio Comneno, urbe vi expugnata deijcitur, purpureisque detractis calceis Monachum profitetur, A.C. 1080.

ALEXIUS COMNENUS.

Multa bene, nec minora perperam gessit Alexius, cum Turcis sæpius per suos congressus feliciter pugnavit, non ita cum Roberto Guiscardo, à quo gravi clade attritus, &c. Cum Scythis res melius successit, cæterum Princeps prudentissimus fuit, litterasq; sedulo promovit. Manichæos ipse etiam plurimos ad fidem Orthodoxam revocavit, & multa præclarè statuit. Longa demum ægritudinæ confectus, cum nulla spes vitæ superesset, ab omnibus ferè derelictus cum morte colluctatus est, vix repertis ministris, qui mortui corpus lavarent, & funus curarent, obijt an. 1118.

CALO-IOANNES.

Hic patris ingressus ædes, non ut commiseraretur moribundo, sed de morte certior esset, nec salutato quidem illo mox exijt, cum vivere etiamnum advertisset, vix nuncio mortis accepto in Regiam se conferens & Augustus proclamatus. Alias Imperium non malè administravit, & verba obscœna, mensarumq; ac vestium luxum, tanquam pestem familiarem ab aula ejecit, obijt anno 1143. cum sagittam intoxicatam in aprum torquere vellet, & manum sinistram trajiceret, Manuele filio, natu minore, succedente.

MANVEL COMNENVS.

Fratribus prælatus, quod ferociore ingenio illi, hic mitiore esset. Parum tamen humaniter cū Teutonicis egit, quos suspectos habuit, progressus-

fusque rei Catholicæ per Orientem multum retardavit, cucullum denique indutus finit vitam 1130. Alexio filio succedente.

ALEXIVS COMNENVS.

Puer etiamnum sub tutela matris, patri successit, tutore insuper Andronico Comneno assignato, qui dulcedine Imperij inescatus, puero fauces obstringi jussit; caput dein sibi afferri quo certior de morte antecessoris esset; corpus vero plumbeo inclusum loculo in mare demergi, anno Christi 1183.

ANDRONICVS TYRANNVS.

Et ipse Comnenus, Manuelis Imp. consanguineus, infanda credit sibi innocentissimi pupilli Imp. cæde abominabilis, Imperium invadit, non diu potitus, cum in consanguineos familiaresque pueri similiter sæviret. Cum enim Wilhelmus Siciliæ Rex Alexij cædem miseratus bellum ipsi inferret, odiosissimus omnibus ab Isacio Angelo solio deturbatus, uno oculo eruto, scabioso camelo impositus, alijs redimito capite, cauda manibus pro sceptro illigata circumductus, frustatim demum à mulieribus discerpitur, anno 1185.

ISACIVS ANGELVS.

Et ipse ex Comnenorum familia, solus ferè cum fratre ab Andronico cædi consanguineorum superstes relictus, ad rerum fastigium, vivente etiamnum Andronico evehitur. Princeps concordiæ & justitiæ amantissimus, in Fridericum Imp. munificentissimus, ab Alexio demum fratre quem magna auri vi à Turcis captum redemerat, circumventus oculisque erutis in carcerem detrusus,

truſus, donec Alexij filij & Venetorum opera eductus, paulo poſt moreretur, 1195.

ALEXIVS ANGELVS.

Immanis Tyrannus, optimo fratre nequiſſimè dejecto thronum conſcendit, filiosque fratris eadem quæ patri minatur, qui ad Venetos confugit, opem contra patrium implorando, à quibus anno 1203. capta à noſtris Conſtantinopoli Imperator coronatur.

ALEXIVS ANGELVS IV.

Optimæ indolis juvenis, & ſupra ætatem prudens, ortam vix, adito Imperio ſeditionem, mira dexteritate conſopivit, verum Alexius Ducas cogn. Murzuphlus, Imperio inhians, Alexium ceu Latinis obnoxium, & nimis juvenem accuſans, mox acclamatus Imperator illum eliſo gutture è medio tollit anno 1204.

ALEXIVS DVCAS MVRZVPHLVS.

Digno Tyrannis exitu, eodem quo cœpit Tyrannidem anno, finijt, capta à noſtris Conſtantinopoli, ipſo in Peloponeſum fugiente, inde tamen retracto, oculis orbato, graviter cruciato, ac demum è ſublimi præcipitato, anno 1204.

BALDVINVS FLANDER.

Fuit Balduini Hannoniæ Flandriæque Comitis, ex Margarita unica Flandriæ hærede filius, Principum generoſiſſimus, capta à noſtris Conſtantinopoli, omnium votis Imperator ſalutatus, cum annum non integrum imperaſſet, cum Bulgaris Scythisque congreſſus, victus captusq; eſt, nec multo poſt in carceribus extinctus, 1205.

HEN-

HENRICVS FLANDER.

Fratri communibus Latinorum votis successit, & Constantinopolim contendit, ne Græcum Tyrannum proceres Vrbis in solio collocarent. Præfuit feliciter, cum magni momenti rebus intentum mors præoccupavit, qua anno 1216, decessit.

PETRVS ANTISIO DORENSIS.

Hic ex Iole sive Iolenda Henrici Imp. filia Imperium hæreditario quasi iure adeptus est, ab Honorio Papa, in æde S. Laurentij solemniter consecratus, dum autem in Orientem revertitur, fide securitatis à Theodoro Lascari accepta, per summam perfidiam capitur, & biennio detentus majore crudelitate sub convivio trucidatur, 1219.

ROBERTVS ANTISIODORENSIS.

Petri filius, audita patris captivitate Constantinopolim quasi errabundus advolat & Imperator salutatur, anno 1220. Præfuit annis ferè novem, immatura morte præventus anno 1229. Balduino puero succedente.

BALDVINVS. II.

Roberti filius, puer patri successit, qui Ioañem Brennum Cæsarem creavit, hoc autem mortuo, jam major ætate solus imperavit. Multa à Barbaris perpessus, Venetorum subinde mox & Gallorum ope emersit, donec à Michaele Palæologo, Lascaris filiorum Tutore, Imperio eijceretur, A.C. 1259. Orientis Imperio, denuo ad Græcos devoluto.

MICHA-

MICHAEL PALÆOLOGVS.

Hic Lascarorum nomine primum bella feliciter gerens, quando rerum potitus est ipse Regnum arripuit, Imperator solemniter coronatus, Catholicum sese publice professus est, Græcosq; in Latinorum sententiam adduxit, etsi non multo post resilirent, & Michaeli Imp. 1283. mortuo, quod à majorum defecisset ritu, sepulturam denegarent.

ANDRONICVS PALÆOLOGVS.

Territus obnegatam patri sepulturam, ad Græcorum errores redijt, duxit autem Jolantidem Montisferrati in Italia hæredem pro quo Principatu occupando Theodorum filium eodem destinavit, obiit anno 1325. Multa ab Andronico Juniore perpessus.

ANDRONICVS JUNIOR.

Hunc nepotem ex filio Andronici senioris non nulli volunt, alij Michaelis filium, fratrem juniorem Andronici Senioris cognominem, certè in hunc sive avum sive fratrem valdè injurius fuit, quem Imperio deturbavit, postea tamen sive Lygurum sive Venetorum precibus flexus secum regnare permisit, eo deinceps mortuo, rem Romanam haud levibus victorijs illustrans. Decessit cũ non supra quatuor dies ex febri & capitis dolore decubuisset anno 1338.

IOANNES CANTACVZENVS.

Andronici junioris Magnus Domesticus, Calo Ioannis & Manuelis filiorum ejus Tutor designatus, rerum sum̃am aliquamdiu strenuè gessit

donec Apocauci & Constantini Patriarchæ opera à Calo-Ioanne graviter pressus, Imperium deponeret ac Monasticen profiteretur, 1355.

IOANNES PALÆOLOGUS, vulgo Calo Joannes.

Solus nunc imperat, Genuensibus imprimis addictus, quorum ope adjutus fuerat, ijsque Lesbon insulam donodederat. Romano Pontifici addictus fuit, ipsique solemniter obedientiam Romam profectus promisit. Filium valde immorigerum simulque in patrem impium Andronicum habuit, qui ipsum anno 1376. Imperio dejecit, etsi non multo post auxiliarium ope restitueretur.

ANDRONICVS PALÆOLOCVS.

Impius ut diximus in patrem, nec semel. Imperium namque ipso exauctorato nequitur usurpans, restitutum ab amicis, non multo post denuo dejecit, & ut res suas firmaret, cum Turcis pactus, in horum verba juravit. Verum an. Ch. 1387. evadens è carcere pater, Manuelem alterum filium, moriturus Imperatorem declaravit.

MANVEL PALÆOLOGUS.

Nulla re memorabili insignis, præterquam filiorum 7. suæ ignaviæ testium generatione, è quibus Joannes patris successor fuit, secundus Andronicus, Thessalonicensis Princeps, tertius Michael, quartus Theodorus Peloppunesi Despota, quintus Demetrius, sextus Thomas, septimus Constantinus Imperatorũ è Christianus ultimus, in fuga oppressus occubuit. Moritur Manuel, anno 1421. succedente Ioanne filio.

IOANNES PALÆOLOGVS.

Princeps pacis studiosus. Interfuit hic Concilio Florentino, in quo ipse & omnes Græcorum Ecclesiæ, super Processione Spiritus Sancti cum Romana concorditer sensere, præter Bizantinam, quæ deinceps insigniter suo excidio, velut olim Ierusalem luit, obijt 1445.

CONSTANTINVS VLTIMVS.

Fratri succedit, satis felix initio, rebus contra Turcas dum Peloponeso præesset, strenuè gestis, verum ad Græcorum errores perfidè prolapsus, Iosippum Patriarcham dejicit, & bona Ecclesiæ diripit, vectigal Turcis pendit, mente & corpore deficit, donec Mahometes Turcarum Imperator Constantinopolim vi expugnaret, perfidiamque Græcorum, ulciscente suas injurias Numine plecteret, ipso Constantino in fuga inter confertissimos protrito, inventiq; capite in hasta suffixo, Græcorum Imperio in Turcas translato anno Christi 1453.

Sed nunc prius quam Imperatorum Constantinopolitanorum seriem prosequamur, Otthomannorum, etiam ante partam Constantinopolim, â condito primum Turcico Imperio, ordinatam successionẽ tum vero illam huic subjiciamus.

TVRCICORVM IMPERATORVM SVCCESSIO.

I. Otthomannus Orthogrulao agrariæ conditionis patre, cum ipse armis potius delectaretur, militiam sequutus, magnum brevi sibi nomen comparavit, quo multos primum sibi è suæ sectæ hominibus adjunxit, quibus cum aliis violenter coegit, auctusque viribus majora

semperausus, Christianorum inprimis dissensione usus, Bithyniam amplissimasque sibi provincias, intra decennium subjecit, primus Imperatoris usus Titulo, â quo cæteri omnes Othomanni cognominati sunt, obiit anno Christi 1328.

II. Orchanes patri successit, verè Augustus dicendus, si id nominis tam Barbaris conveniat, ut qui tot Regnus Imperium adauxerit, Thermodoonte, Mysia, Lycaonia, Phrygia, Caria, Hellesponto adjectis, ita ut ad Euxinum usque mare fines Imperij prolataret. Præfuit anis 31. obiitque 1358.

III. Amurathes Orchanis filius, qui primus in Europam classe trajecit, Imperiumque amplissimorum Regnorum accessione auxit, Philippopolim & Hadrianopolim cepit, Thraciam subegit. Serviam & Bulgariam spoliavit, nobilissimasque Chersonensi urbes in potestatem redegit, Servios Profligavit. Demum in superiore Mysia cum Lazaro Serviæ Despota congressus, in inquine à famulo ejus confossus occubuit, cum annis 31. imperasset, 1389 & 30. prælijs in Asia & Europa gestis semper victor extiffet.

IV. Bajazetes I. Imperium Solymanni fratris cæde inchoans, patri succedens solus imperavit, Princeps subtilis & vafer, Regni proferendi avidissimus, quod & longe lateque dilavit, Thracia penè tota, Bizantio & Pera exceptis in ditionem redacta. Thessalia dein, Macedonia, Phocyde, Bœotia, Attica sui injuris factis, Bosnia & Croatia debellatis, Dalmatis, Bulgarisque multis prælijs profligatis. Congressus denique cum Tamerlane, desideratis suorum ferè ducentia

millia

milibus anno Christi 1397. vel ut melius alij 1399. vivus capitur & caveæ ferreæ includitur, aureis cantenis alligatus, perq; ludibrium totaAsia circumvectus Tamerlani equum scandenti loco scabelli serviens, donec tertio an quarto captivitatis anno, omni spe libertatis abjecta, tamdiu ipse caput suum ferreæ caveæ allideret, donec cerebrum excuteret, fremensque ac frendens infelicem animam exhalaret.

V. Calapinus major natu Bajazetis filius patri successit, & duo prælia cum Ungaris gessit, victoria cruenta potitus Moriens Regnum Orchani filiolo reliquit. Ab alijs appelatur Solimannus.

VI. Orchanes Calapini filius vix orsus Imperium immani scelere à Moyse sive Musa patruo è medio tollitur, & hic ope Græcorum Imperio potitur.

VII. Musa Zelebis sive Moyses Bajazetis filius, Calapini sive Solimanni frater, vix triennium imperans, victus captusq; à Mahomete fratre strangulatur.

VIII. Mahumetus sive Mahomet Bajacetis filius, & ipse fratricida quiete regno potitur, Tyrannidemque ad usque mare Ionium propagat. De Walachis, Lydis & Cilibus sæpius triumphat, Moritur anno 1418. filio Amurathe succedente.

IX. Amurathes II. Auspicia regni pro more gentis parricidio consecrans, Mustapha fratre occiso, patris thronum occupat, Princeps imperterritus, sævus tamen & verè Barbarus atque inhumanus, Prælia varia in Ungaria gessit, multas inferens clades, multas accipiens ab Ioanne inprimis Hunniade, & Georgio Castrioto vulgo

Scanderberg variè exercitatus & fatigatus. Exhaustus denique mœrore miser senex, quod non omnia ex animi voto succederent. Adrianopoli vita excessit, filio Mahomete succedente, an. 1451.

X. Mahometus ad solium patris evectus, prius omnibus habuit æmulum tollere, & fratrem proprium neci dare, mox haud pulchriore facinore, Athenas omnium Artium inventricem urbem solo æquans & funditus destruens. Is ipsus est, qui Græcum Imperium evertit, & Constantinopolim occupavit.

MAHOMETVS PRIMVS EX TURCIS IMPERATOR CONSTANTINOPOLITANVS.

Cælo Constantino ultimo, rerum in Oriente ex integro potitus totius Orbis Christiani terror evasit anno Christi 1453. Victoria crudelissimè usus, cum in omnem sexum immaniter s viret, ac deinceps quanto potentior, tanto crudelior èvaderet, nec min⁹ in suos, quam Christianos, sævitiam animi cædibus declararet. Mira sunt, quæ gessit, in Asia, Africa, atque Europa, quæ longum nimis esset hic enarrare, victorias tamen omnes, diabolica potius, quam bestiali ferocia conspurcans. Decessit colicis doloribus in piatis ultra Bosphorum, cum contra Sultanum Ægypti moveret, anno 1481. primogenito Bajazethe in Imperium succedente.

BAJAZETHES.

Hunc Zizimus frater potenter primum à sua cæde avertit, ac dein fuga sese eripuit, certo certius alias, sortem, quam alij apud fratres Imperato-

tores habiturus. Prælia non usq; adeo multa gessit contemptor suæ Religionis, vino dies noctesque madens. Naupactum tamen hodie Lepanthũ vocant, Melonam, Iuncum, & Coronem nostris exipuit. Imperio denique à proprio filio deturbatus, fugiensque veneno ejusdem scelere sublatus, miserè perijt anno 1512.

SELYMVS I.

Pari qua antecessores impietate Imperium orditur fratribus duob. Corchute & Achmete, una cum ipsorum filijs, jugulatis, ita ut ex stirpe Othomannica ipse solus superesset. Debellavit ingenti & cruento admodum prælio Ismaelem Sophinum Persarum Imp. in campis Zalderanis añ 1514. 26. Aug. & anno 1516. Campsonem Ægypti Sultanum, à suis nefarie proditum & desertum, amplissimis deinceps Provincijs Syria, Ægypto & Iudæa potius. Sequenti anno Alcairo expugnato, & dedititijs contra datam fidem trucidatis Tonumbejum Sultanum ex fuga retraxit & crudeliter interemit, sicque Mamulucorum Regno finem imposuit Ipse verò anno 1520. apud Zerulum Thraciæ, ipso loco, quo patrem hostiliter persequutus fuerat carbunculo pestilenti extinctus est, cum annos octo solummodo imperasset.

SOLYMANNVS II.

Unicus Solymi turpissimi corpore non minus, quàm mente Imperatoris filius, patri succedit, modestiorem semper agere Principem visus, nisi clementiæ nomen, Mustaphæ filij indigna nece maculasset. Felicissimus præliãdo, fuit altero statim Imperij anno Belgrado totius Ung. firmissimo propugnaculo potitus. Mox signa victricia proferẽs, Croatiã, Dalmat. Ung. majorẽ partẽ occupat.

donec congredi ausum Ungariæ Regem Ludovicum profligaret, qui infuga, paludi imersus misere perijt. Inde Budam Ungariæ metropolim, mox nobilissimas quasque urbes cepit, Rhodum etiam expugnavit, & Melitensibus eripuit, Viennam denique ipsam Cæsaris sedem, gravi obsidione presit, magna suorum clade inde propulsatus. Bellum etiam Persicum per Mustapham filium feliciter gesit, cui reduci cum magno plausu exercitus gratularetur, adeo offensus est pater, ut mox in cubiculo Strangulatum in exercitus conspectum projici mandaret, proclamari jubens: *Unus in Cælo DEUS, unus in terris Imp. Solymannus* Junior biduo post veneno sublatus est, quod de fratris mortem ingemuisset, tertius metu patris ad Persas perfugiens, revocatus securi percussus est. Restabat Selymus, cui mortem comminatus est pater, & intulisset, nisi solus ex familia super fuisset. Mortuus est denique Solymannus in castris ante Zigethum Ungariæ anno 1567.

SELYMUS II.

Patri succesit, primus Imperatorum Turcicorum, qui bellis ipse non adfuerit, sed per Legatos ea administravit. Hic Nicosia & Famaugusta expugnatis regnum Cypri Venetis eripuit. Cæterum à Pontificia, Hispana, & Veneta clasibus, memorabili victoria ad Lepantum victus, Turcarum 25000. cæsis, captis 4000. Christianorum captivorum 14000, liberatis, anno 1571 Moritur Selymus octavo Imper. anno Christi 1574. Amurathe filio in patris thronum subvecto.

AMURATES III.

Hic a Ianitſcharis proclamatus Imperator, immanitatis Turcicæ ſpecimen ſolidum edere ne negligeret, primum ac præcipuum habuit parricidá agere, & primo Imperiali mandato, quinque fratres proprios laqueo ſeu chordæ adjudicare. Cum Perſis gravia prælia geſsit, quibus mediam omnem, ipſamq; Tauriſium Metropolim, Emporium nobile, & ſedem Regiam eripuit, etſi non minima ſuorum ſtrage, cum multa millia à Perſis ſterneretur. Comitiali laboravit morbo, ita ut raro in publicum prodiret, unde factum, præter omnem Turcarũ morem, ut mulierum, quas multas pro more alebat, magna auctoritas eſſet. Mortuus eſt anno 1595. ætatis 48.

MAHOMETES III.

Amurathis filius ætatis anno 28. patri ſuccedit, qui horribili ſane crudelitate, fratres ſeptendecim jugulari præcepit, ac dein honorifice in loculis juxta patrem collocavit. Cæterum delicijs magis aſſuetus, quam armis, corpore obeſo admodum & delicato fuit & matri plurimum detulit. Expugnationi Agriæ in Ungaria, ob milites id efflagitantes ipſe adfuit. Mortuus eſt peſtilenti lue Conſtantinopoli, anno 1603. ſive vt alij contendunt. 1604.

ACHOMATES.

Patri in Imperio ſuccedit, cum vix annos ætatis 14. haberet, de quo uti ſucceſſoribus haud ita multa digna memoratu reperias, vita exceſſit anno 1617. Imperij 15. ætatis 29.

MVSTAVA.

Fratri succedit in Impe io, annos natus viginti quinq; moxq; omnes fratris filios jubet interfici, unico servato qui tunc annorum erat duodecim Osmanno. Idem Mahometum quoque fratrem proprium jugulari jussit, non multo post ob nimiam crudelitatem exauctoratus, Osmanno fratris filio, cui Regnum debebatur, etsi puero, in thronum evecto, cum Mustafa in vincula & carceres raperetur, ac deinceps pessimè tractaretur

OSMANNVS.

Haud mala indole juvenis, nisi invalescens deinceps magis ac magis barbara Turcarum in suos Principes licentia ipsum transversum rapuisset, ac denique è medio sustulisset, cum enim ob motus continuos relicta Constantinopoli, in Charo sedem figere statuisset, seditione oppressus, thronoque dejectus, quem carceris squalore pessime tractaverat patruum ei lem denuo imponi, & salutaris Imperatorem, videre & audire coactus est, ae dein primum m ferè strangulatus, anno 1622.

MVSTAVA.

Pridem Throno dejectus, terrisque conclusus carceribus, squalens totus & cadaveris haud multum ab similis, effractis subitum carceris portis, moriendum sibi censuit, cum in humeros sublatus Imperator denuo summo plausu salutaretur, & throno imponeretur. Verum ipsum fortunæ blandiendi non diu fidendum ratus, cum vix annum ad clavum sedisset, Imperium consan-

sanguineo suo Amurathi resignavit anno 1623. & vitam privatus transegit.

AMVRATES. IV.

Qui pacem cum Ferdinando II. Imp. inijt, missisque pluribus Legatis confirmavit, etsi initio Ragozio subsidium misisset; cum Persis minus feliciter pugnavit, mitiore ingenio visus, fratrem nihilominus strangulari jussit, triennio post mortuus anno Christi 1639. alijs 1640.

IBRAHIMVS I.

Alias Selymus dictus Amurathis frater, Pacem cum Persis inijt, totus ut in Moscos aliosque hostes incumberet. Somnium aliquando terrificum habuit, quod ipsimet Turcæ excidium sui sectæ portendere, falsi sunt. Præfuit annis octo, in tumultu quodam à suis pugnis fœde contusus, & in carcerem conjectus, in quo paulo post interemptus est, anno Christi 1648.

MAHOMETVS.

Ibrahimi filius, à seditiosis throno patris impositus, miserrimus eo ipso Princeps, quod summam illis gratiam debeat qui patrem Imperio dejecere, & vita exuere, compertissimum tot majorum exemplis habens, Turcis nullam erga suos Principes fidem esse, nullam reverentiam Majestatis.

Placet modo, Imperij quoque Romani, magna ex parte usurpatores, & in valores, & primum quidem Ostrogothorum in Italia, dehinc Longobardorum Reges ex ordine recensere:

OSTROGOTHORUM IN ITALIA REGES.

I. Ortocarus vulgo Odoacer Wulffonis filius Vinulphi Nepos, Styriæ [quæ pars Bavariæ tunc erat Princeps, quem Iulius Nepos Imperator, contra Orestem & Momilum Augustulum in Italiam evocat. Hic oreste occiso, Augustulum in taliâ ejicit, & primus Italiæ Regis titulum usurpat, eoque annis fere octodecim, ab anno Christi 456 usque 493 potitur, perfide à Theodorico successore, quem bello vexatus collegam assumpserat, in solemni convivio trucidari jussus. Viguit, vigetque ejus usque hodie posteritas, in veteribus Styriæ Ducibus & Marchionibus, horumque posteris, Bernecij, Hohenbergæ, Starenbergijs & Losensteinijs Comitibus, quorum prolixâ Genesim superioribus Comitijs Illustrissimo S. R. I. Comiti D. D. Henrico Wilhelmo Starenbergio Sacræ Cæs. Majest. Supremo Aulæ Mareschallo, Gratiosissimo Patrono dedicavi.

II. Theodoricus Ostrogothus, interempto, ut diximus, Odoacre Regno Italiæ quietè potitus, sapientem admodum & justitiæ amantem egit Principem, donec in Ioannem papam & Boëtium summè injurius, illum in carceres, istum in exilium mittit ultricem DEI manum experitetur, mortuus anno 526. visus à prædictis in Flammas præcipitari.

III. Athalaricus Theodorici ex Amalasuntha filia nepos, Eucharij Alemanni filius. octo annorum puer Rex inauguratur, & cum matre imperat

perat annis octo, immatura morte abreptus A.C. 534. ætatis 16.

IV, Theodatus sororius Amalasunthæ, ab ipsa Regni consors deligitur, quam ingratissimus ipse paulo post captam, mittit in exilium, nec eo contentus optimam Principem tolli è medio jubet, ipsius filia conjuge ducta, quo graviter offensus Iustinianus Imp. Belisarium contra ipsum mittit & graviter premit donec à suis ipse perimeretur A. C. 537.

V. Vitiges contra Theodatum electus, obscuro quidem genere, animi tamen magnitudine reique militaris scientia prædictus fuit. Cum Belisario aliquamdiu armis fortiter contendit. Ravennæ denique obsessus, deditione facta à Belisario ad Imp. deducitur, A.C. 54.

VI. Ildualdus sive Theobaldus, Vitige in Orientem ducto, quod id ægrius ferrent Gotthi, Rex constituitur. Plurimas quamprimum urbes recepit, & strenuè rem gessit. Verum cum Uraiam proditionis suspectum è medio sustulisset, ab hujus famulo inter epulas confoditur, A. C. 542.

VII. Araricus Ildualdo sufficitur, cumque vix menses quinque Regnũ administrasset ipse etiam è medio tollitur.

VIII. Totilas acerrimo vir ingenio, rebus bello gestis celeber ad Regnum evehitur, non tam Italiæ, quam ipsi etiam Orienti ejusq; Cæsari metuendus. Hunc solus Monachorum Archidux Divus Benedictus minimè metuens, solo contuitu in terram dejecit, trementemq; à terra sublevans, proq; sceleribus corripiens, eventura edoctũ a se dimisit, & ex Tyranno c ementissimũ reddidit. Is demũ post multas res fortiter gestas, Romano prælio, pugnans generosè confod tur, A. C. 553.

IX, Teias

IX. Tejas Totilæ suffectus, vix adito Regno à Narsete victus & occisus, Ostrogothorum quoque Regni in Italia finem fecit Longobardis deinceps, sibi sceptrum vendicantibus.

REGES LONGOBARDORUM IN ITALIA.

I. Albuinus à Narsete in Italiam vocatu, quod hujus victorijs, & fortunæ in Italia rebus omnibus compositis invidens Theodora Augusta, ipsum ad pensum & lanam ac Gynæceum suum tanquam Eunuchum vocasset, cum ducentis millibus occurrit, Italia facilè potitus, Ticini Regia constituta, anno Christi 568. præfuit usque ad annum 575. Vxoris scelere ab Helmechildo juvene adultero interemptus.

II. Cleophes, alias Dagon vir truculentus ad Regium apicem evehitur, in hostes non solum, sed & ultro sese dedente, crudelis inde suis etiam odiosus, à puero quodam percussus moritur anno Christi 576. Inde 10. annis Duces imperant.

III Autharis, Clephis sive Clephonis filius ob præclaras animi dotes Rex salutatur, Regnum egregie extulit ac dilatavit, & Chilpericum Francorum Regem Italia extulit. Conjugem habuit fide omnique virtute nobilem Theodelindem Garibaldi Bavariæ Regis filiam, cujus dein operâ Longobardi conversi. Autharis Papiæ veneno tollitur A. C. 591.

IV. Aginulphus Taurinensium Dux, à Theodelinde Regina, maritus adoptatus, Rex inauguretur, & Catholicæ Religioni dat nomen. Hic Adalvaldũ adhuc impuberem cum matre Theodelinda Regni declarat successorem, ob. an. 614.

V. Adal.

V. Vdalvaldus sive Adoaldus Princeps optimus, veneno denique an naturali causa mente captus exauctoratur subrogato Ariobaldo Principe Ariano, anno Christi 624.

VI. Ariobaldus Adalvaldo fratri succedit, de cujus gestis pauca reperiuntur, quod sub hæc tempora benè Regibus cum Exarchis conveniret. Moritur A.C. 636.

VII. Rotharis bello clarissimus, Hetruiam & Liguriam. Regno adjunxit, quod usque Massiliam dilatavit, cum Theodoro Exarchio aciè congressus, septem millia neci dedit. Eximia memoria claruit Legesq; Longobardorum scriptis tradidit. Fuit & ipse Arianus, decessitq; anno Christi 654. filio succedente.

VIII. Rodoaldus patris thronum conscendit, ducta Theodelindæ filia, verum tamen minimè diu præfuit, anno Regni tertio interfectus, 656. Ariperto Catholico subrogato.

IX. Aripertus Princeps optimus summa in pace Regnum gubernavit, moritur anno Christi 661.

X. Pertharis & Gundibertus Ariperti filij simul regnant. Attamen, ut semper rara est concordia fratrum, dum ipsi inter se de limitibus certant, uterque à Grimoaldo Beneventi Duce Regno eijcitur anno 662.

XI. Grimoaldus Beneventi Dux Princeps magnanimus, Regnum haud minimum dilatat. Nonnulla capita Rotharis Legibus adijcit. Perijt dum post recentem venæ sectionem, avidius arcum in columbam intenderet, sanguine sine intermissione erumpente anno Christi 670.

XII. Pertharis seu Pertharitus diu exul, divinitus

gnum elevatus, magno animo Princ... ...igestis Græ-
lis tamen & clementis ingenij. Pacem
mano Pontifice redintegravit. Ravennam Persa-
viter afflixit, validaque obsidione Perusium 500.
pugnavit. Cælestium denique desiderio terrenum
fastidiens Regnum, stupente Europa universa di-
adema sponte abjecit, & cum uxore ac filia Mo-
nasticen Casini professus est, anno Chr. 750.

XXI Aistulphus Rachisij frater, huius dissimil-
limus, ambitiosus ac superbus, gravia cum Eccle-
sia bella gessit, cui coactus à Pipino Rege Exar-
chatum Ravennæ reddidit, composita demum cũ
Ecclesia pace nec multo post rupta, inter venan-
dum appoplexia tactus misere perijt anno Christi
757.

XXII. Desiderius Hetruriæ Dux mortuo sta-
tim Aistulpho Regia arripit insignia verum Ro-
manæ post modum molestus Ecclesiæ, & Paulo
Papa mortuo, laicum obtrudere conatus, cum
insuper Exarchatum & Vmbriam Ecclesiæ sacri-
lege eriperet, ipsique etiam Romæ minaretur re-
vocatus à Papa Carolus Magnus Galliarum Rex,
ipsum Desiderium anno Christi 773 bis acie vi-
cit, sequentique anno denuo congressum, victum
& captum, Regno exuit, & cum uxore ac liberis
Lugdunum primum in Gallias exulatum mittit,
ac postremo Aquisgranum sive Leodium trans-
fert, ubi miseram vitam exegit. Sicque Longo-
bardorum Regnum, quod ultra ducentos annos
floruerat, desijt, Picentibus, Spoletinis, Reati-
nis & Longobardis Romano Pontifici, se suaque
committentibus, Carolo inprimis Rege Amplis-
simis provincijs & muneribus Ecclesiam donan-
te. Vnde Romanorum Pontificum potentia plu-
rimum aucta fuit, & terrestri etiam Principatu
sublimata. HI.

Scanderberg variè exercitatus & fatigatus. Exhaustus denique mœrore miser senex, quod non omnia ex animi voto succederent. Adrianopoli vita excessit, filio Mahomete succedente, an. 1451.

X. Mahometus ad solium patris evectus, prius omnibus habuit æmulum tollere, & fratrem proprium neci dare, mox haud pulchriore facinore, Athenas omnium Artium inventricem urbem solo æquans & funditus destruens. Is ipsus est, qui Græcum Imperium evertit, & Constantinopolim occupavit.

MAHOMETVS PRIMVS EX TVRCIS IMPERATOR CONSTANTINOPOLITANVS.

Cælo Constantino ultimo, rerum in Oriente ex integro potitus totius Orbis Christiani terror evasit anno Christi 1453. Victoria crudelissimè usus, cum in omnem sexum immaniter s virct, ac deinceps quanto potentior, tanto crudelior evaderet, nec min⁹ in suos, quam Christianos, sævitiam animi cædibus declararet. Mira sunt, quæ gessit, in Asia, Africa, atque Europa, quæ longum nimis esset hic enarrare, victorias tamen omnes, diabolica potius, quam bestiali ferocia conspurcans. Decessit colicis doloribus in piatis ultra Bosphorum, cum contra Sultanum Ægypti moveret, anno 1481. primogenito Bajazethe in Imperium succedente.

BAJAZETHES.

Hunc Zizimus frater potenter primum à sua cæde avertit, ac dein fuga sese eripuit, certo certius alias, sortem, quam alij apud fratres Impera-

tores habiturus. Prælia non usq; adeo multa gessit contemptor suæ Religionis, vino dies noctesque madens. Naupactum tamen hodie Lepanthū vocant, Melonam, Luncum, & Coronem nostris eripuit. Imperio denique à proprio filio deturbatus, fugiensque veneno ejusdem scelere sublatus, miserè perijt anno 1512.

SELYMVS I.

Pari qua antecessores impietate Imperium ordítur fratribus duob. Corchute & Achmete, una cum ipsorum filijs, jugulatis, ita ut ex stirpe Othomannica ipse solus superesset. Debellavit ingenti & cruento admodum prælio Ismaelem Sophinum Persarum Imp. in campis Zalderanis añō 1514. 26. Aug. & anno 1516. Campsonem Ægypti Sultanum, à suis nefarie proditum & desertum, amplissimis deinceps Provincijs Syria, Ægypto & Iudæa potius. Sequenti anno Alcairo expugnato, & dedititijs contra datam fidem trucidatis Tonumbejum Sultanum ex fuga retraxit & crudeliter interemit, sicque Mamulucorum Regno finem imposuit Ipse verò anno 1520. apud Zerulum Thraciæ, ipso loco, quo patrem hostiliter persequutus fuerat carbunculo pestilenti extinctus est, cum annos octo solummodo imperasset.

SOLYMANNVS II.

Unicus Solymi turpissimi corpore non minus, quàm mente Imperatoris filius, patri succedit, modestiorem semper agere Principem visus, nisi clementiæ nomen, Mustaphæ filij indigna nece maculasset. Felicissimus præliãdo, fuit altero statim Imperij anno Belgrado totius Ung. firmissimo propugnaculo potitus. Mox signa victricia proferẽs, Croatiã, Dalmat. Ung. majorẽ partẽ occupat.

donec congredi ausum Ungariæ Regem Ludovicum profligaret, qui in fuga, paludi imersus misere perijt. Inde Budam Ungariæ metropolim, mox nobilissimas quasque urbes cepit, Rhodum etiam expugnavit, & Melitensibus eripuit, Viennam denique ipsam Cæsaris sedem, gravi obsidione pressit, magna suorum clade inde propulsatus. Bellum etiam Persicum per Mustapham filium feliciter gessit, cui reduci cum magno plausu exercitus gratularetur, adeo offensus est pater, ut mox in cubiculo strangulatum in exercitus conspectum projici mandaret, proclamari jubens: *Unus in Cælo DEUS, unus in terris Imp. Solymannus* Iunior biduo post veneno sublatus est, quod de fratris morte ingemuisset, tertius metu patris ad Persas perfugiens, revocatus securi percussus est. Restabat Selymus, cui mortem comminatus est pater, & intulisset, nisi solus ex familia superfuisset. Mortuus est denique Solymannus in castris ante Zigethum Ungariæ anno 1567.

SELYMUS II.

Patri successit, primus Imperatorum Turcicorum, qui bellis ipse non adfuerit, sed per Legatos ea administravit. Hic Nicosia & Famagusta expugnatis regnum Cypri Venetis eripuit. Cæterum a Pontificia, Hispana, & Veneta classibus, memorabili victoria ad Lepantum victus, Turcarum 25000. cæsis, captis 4000. Christianorum captivorum 14000. liberatis, anno 1571 Moritur Selymus octavo Imper. anno Christi 1574. Amurathe filio in patris thronum subvecto.

AMU-

AMURATES III.

Hic a Ianitſcharis proclamatus Imperator, immanitatis Turcicæ ſpecimen ſolidum edere ne negligeret, primum ac præcipuum habuit parricida agere, & primo Imperiali mandato, quinque fratres proprios laqueo ſeu chordæ adjudicare. Cum Perſis gravia prælia geſsit, quibus mediam omnem, ipſamq; Tauriſium Metropolim, Emporium nobile, & ſedem Regiam eripuit, etſi non minima ſuorum ſtrage, cum multa millia à Perſis ſternerētur. Comitiali laboravit morbo, ita ut raro in publicum prodiret, unde factum, præter omnem Turcarū morem, ut mulierum, quas multas pro more alebat, magna auctoritas eſſet. Mortuus eſt anno 1595. ætatis 48.

MAHOMETES III.

Amurathis filius ætatis anno 28. patri ſuccedit, qui horribili ſane crudelitate, fratres ſeptendecim jugulari præcepit, ac dein honorifice in loculis juxta patrem collocavit. Cæterum delicijs magis aſuetus, quam armis, corpore obeſo admodum & delicato fuit & matri plurimum detulit. Expugnationi Agriæ in Ungaria, ob milites id efflagitantes ipſe adfuit. Mortuus eſt peſtilenti lue Conſtantinopoli, anno 1603. ſive vt alij contendunt. 1604.

ACHOMATES.

Patri in Imperio ſuccedit, cum vix annos ætatis 14. haberet, de quo uti ſucceſſoribus haud ita multa digna memoratu reperias, vita exceſſit anno 1617. Imperij 15. ætatis 29.

MVSTAVA.

Fratri succedit in Impe.io, annos natus viginti quinq; moxq; omnes fratris filios jubet interfici, unico servato qui tunc annorum erat duodecim Osmanno. Idem Mahometum quoque fratrem proprium jugulari jussit, non multo post obnimiam crudelitatem exauctoratus, Osmanno f.atris filio, cui Regnum debebatur, etsi puero, in thronum evecto, cum Mustafa in vincula & carceres raperetur, ac deinceps pessimè tractaretur

OSMANNVS.

Haud mala indole juvenis, nisi invalescens deinceps magis ac magis barbara Turcarum in suos Principes licentia ipsum transversum rapuisset, ac denique è medio sustulisset, cum enim ob motus continuos relicta Constantinopoli, in Charo sedem figere statuisset, seditione oppressus, thronoque dejectus, quem carceris squalore pessime tractaverat patruum ei lem denuo imponi, & salutaris Imperatorem, videre & audire coactus est, ae dein primum m ferè strangulatus, anno 1622.

MVSTAVA.

Pridem Throno dejectus, terrisque conclusus carceribus, squalens totus & cadaveris haud multum ab similis, effractis subitum carceris portis, moriendum sibi censuit, cum in humeros sublatus Imperator denuo summo plausu salutaretur, & throno imponeretur. Verum ipsum fortunæ blandiendi non diu fidendum ratus, cum vix annum ad clavum sedisset, Imperium con-

san-

sanguineo suo Amurathi resignavit anno 1623. & vitam privatus transegit.

AMVRATES. IV.

Qui pacem cum Ferdinando II. Imp. inijt, missisque pluribus Legatis confirmavit, etsi initio Ragozio subsidium misisset; cum Persis minus feliciter pugnavit, mitiore ingenio visus, fratrem nihilominus strangulari jussit, triennio post mortuus anno Christi 1639. alijs 1640.

IBRAHIMVS I.

Alias Selymus dictus Amurathis frater, Pacem cum Persis inijt, totus ut in Moscos aliosque hostes incumberet. Somnium aliquando terrificum habuit, quod ipsimet Turcæ excidium sui sectæ portendere, falsi sunt. Præfuit annis octo, in tumultu quodam à suis pugnis fœde contusus, & in carcerem conjectus, in quo paulo post interemptus est, anno Christi 1648.

MAHOMETVS.

Ibrahimi filius, à seditiosis throno patris impositus, miserrimus eo ipso Princeps, quod summam illis gratiam debeat qui patrem Imperio dejecere, & vita exuere, compertissimum tot ma orum exemplis habens, Turcis nullam erga suos Principes fidem esse, nullam reverentiam Majestatis.

Placet modo, Imperij quoque Romani, magna ex parte usurpatores, & in valores, & primum quidem Ostrogothorum in Italia, dehinc Longobardorum Reges ex ordine recensere:

OSTROGOTHORUM IN ITALIA REGES.

I. Ortocarus vulgo Odoacer Wulffonis filius Vinulphi Nepos, Styriæ [quæ pars Bavariæ tunc erat Princeps, quem Iulius Nepos Imperator, contra Orestem & Momilum Augustulum in Italiam evocat. Hic oreste occiso, Augustulum in taliâ ejicit, & primus Italiæ Regis titulum usurpat, eoque annis fere octodecim, ab anno Christi 456 usque 493 potitur, perfide à Theodorico successore, quem bello vexatus collegam assumpserat, in solemni convivio trucidari jussus. Viguit, vigetque ejus usque hodie posteritas, in veteribus Styriæ Ducibus & Marchionibus, horumque posteris, Bernecij, Hohenbergæ, Starenbergijs & Losensteinijs Comitibus, quorum prolixã Genesim superioribus Comitijs Illustrissimo S. R. I. Comiti D. D. Henrico Wilhelmo Starenbergio Sacræ Cæs. Majest. Supremo Aulæ Mareschallo, Gratiosissimo Patrono dedicavi.

II. Theodoricus Ostrogothus, interempto, ut diximus, Odoacre Regno Italiæ quietè potitus, sapientem admodum & justitiæ amantem egit Principem, donec in Ioannem papam & Boëtium summè injurius, illum in carceres, istum in exilium mittit ultricem DEI manum experitetur, mortuus anno 526. visus à prædictis in Flammas præcipitari.

III. Athalaricus Theodorici ex Amalasuntha filia nepos, Eucharij Alemanni filius. octo annorum puer Rex inauguratur, & cum matre impe-

perat

perat annis octo, immatura morte abreptus A.C. 534. ætatis 16.

IV, Theodatus sororius Amalasunthæ, ab ipsa Regni consors deligitur, quam ingratissimus ipse paulo post captam, mittit in exilium, nec eo contentus optimam Principem tolli è medio jubet, ipsius filia conjuge ducta, quo graviter offensus Iustinianus Imp. Belisarium contra ipsum mittit & graviter premit donec à suis ipse perimeretur A. C. 537.

V. Vitiges contra Theodatum electus, obscuro quidem genere, animi tamen magnitudine reique militaris scientia prædictus fuit. Cum Belisario aliquamdiu armis fortiter contendit. Ravennæ denique obsessus, deditione facta à Belisario ad Imp. deducitur, A.C. 54.

VI. Ildualdus sive Theobaldus, Vitige in Orientem ducto, quod id ægrius ferrent Gotthi, Rex constituitur. Plurimas quamprimum urbes recepit, & strenuè rem gessit. Verum cum Uraiam proditionis suspectum è medio sustulisset, ab hujus famulo inter epulas confoditur, A. C. 542.

VII. Araricus Ildualdo sufficitur, cumque vix menses quinque Regnū administrasset ipse etiam è medio tollitur.

VIII. Totilas acerrimo vir ingenio, rebus bello gestis celeber ad Regnum evehitur, non tam Italiæ, quam ipsi etiam Orienti ejusq; Cæsari metuendus. Hunc solus Monachorum Archidux Divus Benedictus minimè metuens, solo contuitu in terram dejecit, tremementemq; a terra sublevans, proq; sceleribus corripiens, eventura edoctū a se dimisit, & ex Tyranno c ementissimū reddidit. Is demū post multas res fortiter gestas, Romano prælio, pugnans generosè confod tur, A. C. 553.

IX, Teias

IX. Tejas Totilæ suffectus, vix adito Regno à Narsete victus & occisus, Ostrogothorum quoque Regni in Italia finem fecit Longobardis deinceps, sibi sceptrum vendicantibus.

REGES LONGOBARDORUM IN ITALIA.

I. Albuinus à Narsete in Italiam vocatu, quod hujus victorijs, & fortunæ in Italia rebus omnibus compositis invidens Theodora Augusta, ipsum ad pensum & lanam ac Gynæceum suum tanquam Eunuchum vocasset, cum ducentis millibus occurrit, Italia facilè potitus, Ticini Regia constituta, anno Christi 568. præfuit usque ad annum 575. Vxoris scelere, ab Helmechildo juvene adultero interemptus.

II. Cleophes, alias Dagon vir truculentus ad Regium apicem evehitur, in hostes non solum, sed & ultro sese dedente, crudelis inde suis etiam odiosus, à puero quodam percussus moritur anno Christi 576. Inde 10. annis Duces imperant.

III Autharis, Clephis sive Clephonis filius ob præclaras animi dotes Rex salutatur, Regnum egregie extulit ac dilatavit, & Chilpericum Francorum Regem Italia extulit. Conjugem habuit fide omnique virtute nobilem Theodelindem Garibaldi Bavariæ Regis filiam, cujus dein operâ Longobardi conversi. Autharis Papiæ veneno tollitur A. C. 591.

IV. Agiulphus Taurinensium Dux, à Theodelinde Regina, maritus adoptatus, Rex inauguretur, & Catholicæ Religioni dat nomen. Hic Adalvaldū adhuc impuberem cum matre Theodelinda Regni declarat successorem, ob. an. 614.

V. Adal.

V. Vdalvaldus ſive Adoaldus Princeps optimus, veneno denique an naturali cauſa mente captus eXauctoratur ſubrogato Ariobaldo Principe Ariano, anno Chriſti 624.

VI. Ariobaldus Adalvaldo fratri ſuccedit, de cujus geſtis pauca reperiuntur, quod ſub hæc tempora benè Regibus cum Exarchis conveniret. Moritur A.C. *636*.

VII. Rotharis bello clariſsimus, Hetruiam & Liguriam. Regno adjunxit, quod uſque Maſſiliam dilatavit, cum Theodoro Exarchio aciè congreſſus, ſeptem millia neci dedit. Eximia memoria claruit Legesq; Longobardorum ſcriptis tradidit. Fuit & ipſe Arianus, deceſsitq; anno Chriſti *654*. filio ſuccedente.

VIII. Rodoaldus patris thronum conſcendit, ducta Theodelindæ filia, verum tamen minimè diu præfuit, anno Regni tertio interfectus, *656*. Ariperto Catholico ſubrogato.

IX. Aripertus Princeps optimus ſumma in pace Regnum gubernavit, moritur anno Chriſti *661*.

X. Pertharis & Gundibertus Ariperti filij ſimul regnant. Attamen, ut ſemper rara eſt concordia fratrum, dum ipſi inter ſe de limitibus certant, uterque à Grimoaldo Beneventi Duce Regno eijcitur anno *662*.

XI. Grimoaldus Beneventi Dux Princeps magnanimus, Regnum haud minimum dilatat. Nonnulla capita Rotharis Legibus adijcit. Perijt dum poſt recentem venæ ſectionem, avidius arcum in columbam intenderet, ſanguine ſine intermiſſione erumpente anno Chriſti *670*.

XII. Pertharis ſeu Pertharitus diu exul, divinitus

vinitus ad Regnum revocatur pulso Garibaldo Grimoaldi filio. A Iustitia, fide Catholica, & in pauperes charitate mirè commendatur, ob. 671.

XIII. Cunibertus Patri succedit, contra Alachim Brixiæ Ducem, Tyrannidem invadentem rem fortiter gessit victumque capitis damnavit. Ipse decessit anno 705.

XIV. Liuthbertus Cuniberti filius sub Asprandi Ducis tutela Longobardis præest. à Ragimberto Taurinensium Duce Regno exutus anno Christi 662. alijs 686.

XV. Ragimbertus Victis Asperando Rotharique Luitperti Ducibus Tyrannidem invadit. Huic succedit filius Aribertus.

XV. Aribertus qui anno Christi 704. insigni de hostibus victoria precibus S. Boniti potitus, inde Romani Ecclesiæ alpes Cottias dono dedit, Mergitur denique in Ticino flumine cum medium superasset.

XVII. Asprandus omnium consensu post mortem Ariberti Rex salutatur, à probitate & sapientia mirè commendatus, verum vix tribus mensibus præfuit, & mortalitatem exuit.

XVIII. Luitpardus Asprandi filius gygantea corporis mole Princeps, bello fortis, justitia clementiaque insigni præditus, magnificus insuper, multa egregiæ pietatis post se reliquit monimenta. Idem Ecclesiæ Narniam & Anconam restituit. Corpus S. Augustini multo auro redimit, & Benedictinis largitur, decessit anno 744.

XIX. Hildeprandus Luitprandi nepos Regno solemniter præficitur qui non multo post, ob nimiam asperitatem exauctoratur & Rachisius ad thronum elevatur, anno Christi 744.

XX Rachisius ex Duce Foro Iuliensi ad Re-

gnum elevatus, magno animo Princeps fuit, facilis tamen & clementis ingenij. Pacem cum Romano Pontifice redintegravit. Ravennates graviter afflixit, validaque obsidione Perusium expugnavit. Cælestium denique desiderio terrenum fastidiens Regnum, stupente Europa universa diadema sponte abjecit, & cum uxore ac filia Monasticen Casini professus est, anno Chr. 750.

XXI Aistulphus Rachisij frater, huius dissimillimus, ambitiosus ac superbus, gravia cum Ecclesia bella gessit, cui coactus à Pipino Rege Exarchatum Ravennæ reddidit, composita demum cũ Ecclesia pace nec multo post rupta, inter venandum appoplexia tactus misere perijt anno Christi 757.

XXII. Desiderius Hetruriæ Dux mortuo statim Aistulpho Regia arripit insignia verum Romanæ post modum molestus Ecclesiæ, & Paulo Papa mortuo, laicum obtrudere conatus, cum insuper Exarchatum & Vmbriam Ecclesiæ sacrilege eriperet, ipsique etiam Romæ minaretur revocatus à Papa Carolus Magnus Galliarum Rex, ipsum Desiderium anno Christi 773. bis acie vicit, sequentique anno denuo congressum, victum & captum, Regno exuit, & cum uxore ac liberis Lugdunum primum in Gallias exulatum mittit. ac postremo Aquisgranum sive Leodium transfert, ubi miseram vitam exegit. Sicque Longobardorum Regnum, quod ultra ducentos annos floruerat, desijt, Picentibus, Spoletinis, Reatinis & Longobardis Romano Pontifici, se suaque committentibus, Carolo inprimis Rege Amplissimis provincijs & muneribus Ecclesiam donante. Vnde Romanorum Pontificum potentia plurimum aucta fuit, & terrestri etiam Principatu sublimata.

HI.

HISTORIÆ SEMITA PER DIVERSORUM SAECULORUM AUTHORES ET Scriptores, ceu viæ Duces, Chonologicè demonstrata.

Anis Ante Chr.	UNIVERSALIS HISTORIÆ Scriptores.
1469	Moyses Scriptorum & Historicorum antiquissimus moritur, qui scripsit Historiã ab O. C. ad usque tempus exitus de Ægypto, annum nimirum O. Conditi secundum nostrũ calculum 2546. obiitque ipse 39. migrationis, nimirum O. C. 2583.
1453	Iosue moritur, qui continuavit Historiam Moysis, ipseque secundum Isidorum scripsit librum Iosue, præter pauca, quæ de morte ipsius in fine libri dicuntur, addita à successorib9. Fuit annus ejus mortis Orbis conditi 2600.
1075	Samuel Propheta, Historicus insignis, moritur, qui scripsit libros Iudicum, Ruth, & librum primumRegum. Fuit hic O. C. annus 2977.
1031	Gad & Nathan Prophetæ prosequuntur res gestas David ubi Samuel desijt, & post hos, res Salomonis scripserunt Ahias & Addo. Reliqua à Sacerdotibus & Prophetis illorum temporum creduntur designata. De reliquis Scripturæ libris, qui Historiam continent consulendi Isidorus & Bellarminus. Nunc ad Prophanos.

Hero-

425	Herodotus Halicarnaſsæus, de digeſtis Græcorum, Ægyptiorum, Medorum, Perſarũ, Lydorũ, &c. ab O. C. 210. usq; 3500.
330	Beroſus Chaldæus, Fragmenta univerſæ Hiſtoriæ ab O C. usque 1330. noſtra tamen ſupputatione 3215.
200	Polybius Megalopolitanus, de rebus Græcorum, Romanorum, Pœnorum, Celtarum &c. ab O. C. 3680. usque 3766.
150	Trogus Pompejus, Epitomen omnium populorum geſta complectens à Nino usque ad Auguſtum Cæſarem.
40	Diodorus Siculus: ſcripſit Bibliothecam univerſalis Hiſtoriæ ab ultima Ægyptiorum memoria usq; ad Iulium Cæſarem.
Poſt Chr.	
38	Philo Iudæus ſcripſit de Temporibus libros duos ab O. C. usque ad Tiberium Cæſarem.
90	Ioſephus, Iudæus, lib. Antiquitatum mundi & Hiſtoriam de bello Iudaico, & everſione Ieruſalem.
97	Iuſtus Tiberiẽſis Chronicon Reg. Iudæor.
130	Plegon ſcribit opus ſeu Chronicum de Mirabilibus.
229	Iudas, Chronographiam ſcripſit temporũ à prima ætate ad usque Severi tempora.
220	Iulius Africanus. Hiſtoriam ab O. C. usque ad annum 220.
233	Dio Caſsius ſcripſit ab V. C. usque ad Alexandrum Imperatorem, a quo Conſul creatus eſt.
300	Euſebius ſcripſit Chronicon ab O. C. usque ad annum Chriſti 300.

Iuli-

A. C	
	Iulius Polux claruit edidit Chronicon ab O.C. usque ad valentem Imperatorem.
320	S. Hieronymus E. D. de Temporibus ab O. C. usque ad annum 320.
400	Orosius hortatu S. August. septem Histor. libros scripsit ab O. C. usq, 400.
425	Olympiodor. Historiar. libros scripsit viginti duos ab anno Chr. 407. usq; 425.
450	Claret Prosper Aquitanic⁹ scriptor Chron O. C. usque 447.
530	Hesychius Milesius claret. Hujus Historia universalis à Bello incipit, desinit in morte Anastasij Dichori.
531	Dacius Mediolanensis Episcopus vir sanctus scripsit Chronicon Archilochi Historia celebratur.
550	Cassiodorus urbis Consul, dein Monachus Vivariensis Chronicon scripsit ab O. C. usque ad Theodoricum Regem.
594	Victor Tununensis Chronicon scripsit usque ad Iustini junioris Imp. tempora.
594	S. Ioannes Gerundensis Episcopus Annales les eodem tempore nisit.
536	S. Isidorus ex Abb. Agall. Archiep. Tolet. Chronicon ab O. C. usq; ad annum 626. & plura Histor. monimenta.
730	Venerabilis Beda scripsit Chronicon. ab O. C. usque ad annun Christi 700. & plura alia Historica.
769	Nicephorus Historiam finit, cum à cæde Mauritij Imp. cepisset.
780	Georgius Syncellus Chronici Eusebiani insectator claret.

Pau-

A.C

FLandria Comitatus seu Principatus multis Regnis Augustior, potentior & frequentior, tantus fere quantus est, una quasi civitas dici meretur, Vrbium, oppidorum pagorum tanta frequentia, ut nemo non qui videt totus in admirationem rapiatur, Golnizius urbes atque oppida duo & Sexaginta, pagos mille, centum & quinquaginta quatuor numerat, monasteria centum & tringinta, quæ inter Abbatiæ septem supra quinquaginta, CanonicorumCollegia unum & viginti. Vrbium spectatissimæ, Gandavum, Caroli V. patria à Julio Cæsare condita, quatuor fluviis confluentibus nobilitata, & commercijs opportunissima, Brugæ, urbs omnium situ jucundissima, ædificijs mirè exulta, 60. basilicis sacris religiosa, Ipra, Sclusa, Ostenda, Dũkerka, Insula, Duacum Orchiana, Lannoyum, Alostum, &c. Fluvij amnesque celebriores Lisa, Tenera, Livia, Ypra, Aa, Scarpa, Rupela, &c.

Flandria universa longitudine unius & triginta miliarium Germanicorum latitudine viginti extenditur, Clauditur à meridie Hannonia & Artesia, à Septentrione Oceano Germanico, ab Oriente Brabantia. ab Occidente Gallia, Regio rerum omnium, quæ hominis victui conveniant fœcunda, magnorum fertilis[illegible]ciorum.


FLANDRIAE
compendiosa delineatio
Mare
Germanicum.
Middelborch
Oostende
Oostborg.
Goes
Berge
Romerswaal
Brugghe
Sluys.
Middel borch.
Hulst
Axele
Boudelo.
Wervne
Duynkercke.
Cales.
Greuelinge.
Nieu poort.
Oudeborg.
Bulscamquelt.
Rousselaer
Dixmuiden.
Winoxberge
Eeke loo.
Tielt.
Gent
Scaldis fl.
S. Niclaas.
Picardiæ pars.
S. Omar
Cassel.
Popering
ypern.
Messene.
Cortryck.
Leye flu.
Dender.
monde.
Meene.
Nokeren
Scaldus fluuius
Aelst.
Engien.
Brüssel
Brabantiæ
Antuerp.
pars.
Belle.
Comene.
Russele.
Nienouen.
Armentiers.
Arien
Terwaen.
Ronse
Lessen.
Occidens.
Artesiæ pars.
Bassee
Espinoy.
S. Amandus.
Hannoniæ pars.


HOLLANDIAE superficialis descriptio
Hondsbosch.
Texel
Vlielandt.
Zuydersee
Harlingen
Stauren
Frisiæ pars.
Alckmaer.
Horn.
Enckhuisen
Ens
Edam.
Marcken
Zuyder see.
Haerlem.
Amsterdam
Leiden.
Hage.
Werden.
Naerdan.
Vtrecht.
Amersfort.
Rhenus fl.
Delft.
Rotterdam
Goude.
Goere.
Voorn.
Gorkū
Bomel
Rhein fl.
Huesden
Herzogenbosch
Brabantiæ pars.

DANIA.

DANIA.

NUnc ad confines aliquod Germaniæ provincias vertimur, & Daniam recens bello cum Suecis collisſã quæ medijs pelagi fluctibus intercisa, paucas ſolidi contigus que tractus partes habet, qua Orientem reſpicit, Mare Balthicum, qua Occidentem Oceanum Germanicum, à Septentrione Norvegiam & Sueciam, qua Meridiem, Holſatiam, Pomeraniam & Wandaliam habet. Temperato admodum fruitur aëre inde robuſtiſsimos alit incolas, abundatq; cum frugibus tum omnis generis feris & volucribus. Maria delicatiſsimos præbet piſces, & tanta quidem copia, ut penè incredibile videatur. Dividitur, præter multas & varias inſulas, in quatuor præcipue partes, Juriam, Fioniam, Zeland am & Scaniam. Juria, Geographis Cimbrica Cherſoneſus dicta Cimbrorum olim ſedes fuit, & à copia ac præſtantia frumenti celebratur. Fionia non minus eo abundans, aliis etiam exteris provincijs magno cum proventu elargitur, uti & pecudum eorumque copia & præſtantia, inde apud exteros celebris & mercatu evadit opulenta. Zeelandia inſularum pulcherrima, tredecim hodie Vrbes habet, & elegantia decoras & robuſtas munitione, & ipſa omnis generis rebus dives, atque inprimis mercatura. Scandia olim Scandinocia ſive SconDania, quaſi pulchra Dania, magnitudine & opibus clara, ſolo brachio Sueciæ attinet, cætera aquis undique circummunita, illa tamen a parte ſylvarum denſitate & ſcopulorum munimentis haud minus quam mari

munita,

DANIAE Typus.
Norwegia
Septentrio
Schagen
Lesse
Nilues
Suecia
Nicopea
Holm
Wenshuys
Nicopen
MARE
Anout
Halmstatt
Got: thia
Juÿtlandt
Bauenberg
Arhausen
BALTICVM
Ha= land:
Wener lacus
Lincopen
Gott= land
Elsenborg
Stockholm
Holm
Ocea= nus
Ger= = ma= nicus
Rincopen
Fünen
Nieborg
Rosschild
Zeelan= dia
Coppen hage
Londen
Scho= nen
Kolmar
Olant
Elleboge
Falsterbode
MARE BALTICVM
Oriens
Schleswyrk
Sles= wic
Bornholm
Holsa= tia
Meldorp
Femern
Falster
Huen
Rugen
Dantisund
Stade
Hamburg
Lubeck
Mechelnburg
Pomerania
Caminum
Prussia

POLO,

POLONIA.

Polonia à planitie terræ nomē habet, vasta omnino amplitudine Regnum est, magna tamen sui parte incolis vacuum, Hungaris, Lithuanis, Prutenis & Silesijs conterminum in Majorem & Minorem potissimum dividitur. Minor Meridiem respicit, MetropolimqueCracoviam habet ad caput Vistulæ sitam. Major ad Septentrionem vergit, Gnesnamq; ac Posnaniam celebriores urbes suspicit, nam cæteræ, ex marceria ferè structæ, lutoque inductæ humile, sunt & incommodæ. Plaga regionis palustris est & nemorosa. Vinum Polonia non habet, nisi illatum, magnoque pretio venditum; cerevisia tamen abundat & melle, ex quo mulsum nobile cōficitur, Bellicosa gens est, & equestri plurimum valens militia. Æris, salis & sulphuris copiam hoc regnum habet, quod & Vicinis importat. Comprehenditur eodem Regni TituloLithvania, magna sui parte palustris Regio, difficili accessu, prætterquam hyeme, dum omnia gelu congelantur. Metropolis Vilna est, haud multum amplitudine Cracoviæ cedens, tota ferè ex robore structa, sejunctis passim ædibus, quas horti & pomaria ambiunt. Nuper gravi bello oppressum à Suecis Regnum, resurgit paulatim, ipso armorum exercitio felix, magisq; deinceps hostibus metuendum.


Belgard
Golnow
Horst
Stetin
Stargard
Custrin
Bromberg
Verdon
Nackel
Torn
Margenburg
Seeburg
Sensburg
Augustow
Warzonia
Prosthna
Wladislau
Gordeck
Visula fl.
Buck fl.
Kamienecz
Warta Fl.
Francfurt
Crossen
Posna
Gnesna
Lowicz
Warsau
Czgrsko
Zelecho
Forst
Presslau
Wartau
Schadeck
Solen
Lencina
Lublin
Opeln
Pilckza
Mons S. Crucis
Sandomiria
Odera Fl.
Troppen
Cracau
Bohemiæ pars
Bienn
Vistula fl.
Ziewiecz
Sandecz
POLONIA
Compendiose
descriptum

SILESIA.

Silesia diversos olim populus habuit: Lygios Quades, Arios Marumes, Elysios, Ilinges Helvecones, quos Gothi demum Venedi ac Wandali seu occidere sive expulere, donec ea Attila & post hunc Sarmatæ potirentur. Longa est provincia quinque & quinquaginta milliaria, lata bene viginti contermina Bohemiæ, Moraviæ, Lusatiæ & Poloniæ; Dividitur in superam inferamque & quidem sedecim Principatus: Ratiboriensem, Jägerndorffensem, Troppaviensem, Teschinensem, Oppoliensem, Brigensem, Grottkaviensem, Bresslaviensem, Olsnicensem, Lignicensem, Münsterbergensem, Schvveidnizensem, Javerensem, GrosGloggauviensem; Crossensem & Saganensem, & 4. Dominia, Plessense, Warttenbergense, Mielitsceense & Trachenbergense. Dividitur insuper in Silesiam Germanicam & Polonicam, prout cuique Provinciæ proximiores adjacent, simulque lingva convinium utuntur. Montium altiora juga provinciam una parte claudentia, Sudetica appellantur. Fluviorum principatum obtinet Odera, inde Bobera & Nissa, Sed & albis origo Silesiæ debetur. Piscibus abundat, & in primis magna copia murenarum. Civitatum quinquaginta supra centum numerantur, pagorum novem decim millia, Magna illic Nobilitas versatur, & splendor ædium celebratur haud contemnendus, arces pro dignitate conditas habet octingentas, tres & Sexaginta. Sed de hac provincia suo tempore plura audiemus. Tabellæ autem Poloniam ad junximus pro majore nexus simulque communium periculorum demonstratione.


Hairenstein.
Mewa.
Margenburg.
Cristburg.
Sogua.
Augustow.
Griffenberg
Stetin.
Landeck
Verdon
Torn.
Starsburg.
Buck fl.
Girdeck
Wladislow.
Warta fl.
Kamieniecz
Warzouia
Vistula fl.
Custrin
Crossen.
Posna.
Warta
Lenezna
Jezow.
Solen.
Naumburg
Camiersko.
Breslaw.
Mons S.
Crucis.
Görliz
Oda fl.
Sandomiria.
Russia
pars.
Lipowiz
Cracouia.
Ozpelen
Vistula fl.
Sandez.
San fl.
Vrzadow.
Polonia et
pars Silesiæ.
Gloggow
Jaraslow.
Dinaw.

LITVANIA.

MAgna omnino & celebris provincia, Moscoviæ, Livoniæ, Bodlassiæ, Masoviæ, Poloniæ, Livoniæ, Samogitiæ Velhiniæ & Podoliæ contermina, ex quo de ejus amplitudine facilè omineris. Inclementi plerumque utitur aere, & frigido ac rigido Jove, densissimis nemoribus hirsuta, melle tamen ad miraculum abundantibus. Ferarum magnam copiam alit, piscium innumerabilem. Obscuri primum & contempti incolæ, donec Vithenes ipsorum Dux ferro gloriam quæreret, Russiam vectigalem faceret, ejusque posteri plures provincias ditioni adjungerent. Dividitur in decem amplas provincias, quarum Metropolis Vilna celebratur, & ab hac prima Provinciarum cognominatur. Provinciarum altera Trocensis est, tertia Minscensis, quarta Neogradensis, quinta Brestiensis, sexta Volhiniensis, septima Kioviensis, octava Miccislaviensis, nona Vitelesiensis, decima demum Polocensis. Vinum non habent, mulsi plurimum & quidem varia arte præparati. Opes præcipuas pellibus animalium constant, sed & melle, cera, & resina nec non ligni præstantia & abundantia, quod per Oceanum Germanicum in Belgium transportatur.


LITHUANIA
Obiter adumbrata
Maris Baltici pars.
Livoniæ pars.
Moscoviæ pars.
Sitno
Riga.
Dineborg.
Coldingen
Birze.
Braslau.
Arx Druia.
Duna fl.
Vla arx
Witepcz
Karecuen.
Danzig
Tilsa
Königsberg.
Thorn.
Wladislaw
Plockzko.
Grodno.
Narocz
Borisow.
Ducatus Severiensis
Slour.
Brock
Mozin
Polesia
Criauia.
Weissel fl.
Podlachia
Olicka
Trylesij
Kiouia
Neper fl.
Carcina
Pidea
Russia
Jaroslaw.
Sandomiria.
Bar
Brachow
Bog. fl.
Niester fl.

RUSSIA.

Russiam seu Moscoviam dixeris, perinde fuerit, etsi hanc amplioribus provinciæ finibus non nulli exporrigant, quam illam. Inde bifariam dividitur in Roxolaniam, & Moscoviam, Ejus Princeps Basilicum se appellat, & Imperatorem Russorum, Rigida aura utitur Russia adeo tamen salubri, ut trans Tanaim, ne cognitum quidem nomen sit morbi pestilentis. Arborum fructibus penè tota caret, præterquam cerasis, frumenti tamen magnam copiam habet, mellis præterea ceræ, & ferarum sylvestrium. Metropolis ejus Moscovia est, mira amplitudine civitas, & splendidis palatijs adque hortis exculta. Dividitur in ditiones varias; è quibus Volodomitia facile princeps est, ob frumenti inprimis copiam, cujus gravum quodlibet, ferax viginti granuum est. Proxima Novogrodia, tum Volodomitia, Rezanum, Wrozia, Severia, Smolenzkium & Peyora plurimum celebrantur. Incolæ Græcorum ritibus majorem partem vivunt, Superstitionibus mirum in modum dediti, serviliter educati, & à Principe, suo serviliter habiti, ita ut impune in omnium capita pro suo libitu sententiam ferat, miseris omnia ceu à Deo illata tolerantibus, Religiosi S. Basilij legibus se devovent, & miram præseferunt sanctitatem, è quibus solis, Episcopi & Metropolita eliguntur. Huic duo Archiepiscopi adjuncti sunt, qui tamen pro libitu à Duce exauctorantur.


Mormans koy More
Caminoos.
Obdora
Petzora
Sibiria
Condora
Slabotta
Album mare
Tarshana
Dwina
Tura fl.
Taboll
Waga.
Wologda.
Permawelirk
Permia.
Pollin
Stralna
Wolga olim Rha fl.
Ladoga
Twera
Tieswina.
Bela Wolga fl.
Wolo:
Wasilgorode
Sabaczar
Moscua.
dunera
Ocka fl.
Ceremissi Nagorni
Moscouia
Caselska
Tule
Columna.
Pollotga Ozera
Doncka
Seuera.
Belef
Sosna fl.
Crimea.
Oslamkirmon.
Tanais fl.
nunc Don.
Cabarda.
Astrocon
Pontus Euxin.
Petigori.
Tura fl.
Famastro.
RVSSIA obiter delineata et adumbrata.

TARTARIA.

Lithuaniæ Russiæque proxima adjacet, temperatiori; aura quam ille fruitur. Hyemis initium fine Decembris habet, finiturque Martij mensis initio, glacie nivibusque nunquam ultra triduum durantibus. Frumenti tanta est copia, ut magna agrorum pars sive inculta jaceat, sive prioris anni semine excusso fœcunda, messorem non habeat, Iumentorum & pecorum greges innumeri, volucrum sylvestrium ingens frequentia, ferarum venatio quotidiana. Dividitur in Meridionalem & Septentrionalem, sed & in Crimænsem & Præcopiensem, Casanam & Astragaanam. Vrbes præcipuæ sunt Capha, olim Theodosia, colonia Genuensium illustris, quam ante annos fere centum Turca subegit & rem Christianam illic florentissimam in magnas angustias redegit, altera Perecopia, olim Eupatoria & Pompejopolis, tum Coslovia mercatura insignis, Ingermenum, Chersonesus sive Corsum, Balachei-um frequentia incolarum, & magnificorum ædificiorum urbs spectatissima, Mancopigia Tanas Cremum sive Crimum aliæque florentissimæ olim omnes, priusquam ea loca Turcarum immanis rabies infestaret. Principes suos venerantur ut DEOS, sed & Legibus suis multum deferunt. Peregrinos honorant summopere & liberaliter tractāt, ipsi in cibu, potu vestitu, suppellectile supra modum modesti & honesti, ut qui occurrunt Christiani mercatores, nunquā satis eorum mores deprædicent & mirentur.

TARTARIA.
Siue Magni Chami
Imperium.

ANDALUZIA.

A Wandalis cognominata, quasi Wandalutia, etsi alij à propinquitate Lusitaniæ, quasi Ante - Lusitaniam corrupte Andalusiam dici velint. Hæc orientem versus confine Regnum Granatæ habet, versus Occidentem Anam fluvium & Pacense ac Sylvense territorium, Versus meridiem Atlanticum mare respicit, versus Septentrionem, Novam Castiliam. Ejus præcipuæ partes Seviliensis tractus est & Gades. Illius præ omnibus Hispaniarum provinciis præstantia, in vino, frumento, oleo alijsque necessarijs deprædicatur. Metropolim Seviliam sive Hispalim habet, splendore ædium magnificam, ab Hispanis mirè laudatam Bœti fluvio alluitur, magna in urbem lucra convehente, eamque de qua diximus felicitatem & ubertatem regioni conciliante, cum quaquà versum decurrens solum alias siccum, mirabiliter inpinguat, ita ut ad ripam utramq; Hortorum, olivetorum & Vinearum ubertatem & gratiam nemo satis miretur. Reliqua oppida etsi non ita magna, seu splendida, sunt Palantia, vulgo Palacios dicta, Nebrissa seu Veneria, à Libero ut volunt, Patre ædificata, Carmona sive Marchena, Lora, Axalita, Moron, Orsuana, Eccia, Augusta alias Firma, Penaflor, & nonnulla alia, Gades, vulgò Calitz, duæ Insulæ sunt, Situ peropportunæ, unius tantum stadij Euripo interlabente se junctæ, quas virorum dignitate excellentes, Strabo deprædicat, & à pabuli lætitia commendat.

ANDALVZIAE Descriptio

Portugalliae pars.
Castro marino.
Guadiana fluvius.
Aiamonte
Lepe
Rincon
S. Barbara
Calannas.
Almendro
S. Lucar odiana
Valuerde
Gibraleon
Odiel fl.
El Villo
Aracena
Cufre.
Olalla
Calanica
Tinto fl.
Vilalua
Almonte
Las arenas gordas.
Guadiamar fl.
Triana
Castilblanco
Alcolea
Lora
Pennaflor
S. Nicolo del puerto
Corduba
Quadalquivir
Sevilla
Carmona
Mairena
Palma
Ecija
Osuna
Guadalcazer
Quartos
Estepa
Grana da
Sinus Gaditanus.
Chipiona
Rota
P. de S. Maria
Arces
Sebrixa
Espera
Trebuxena
Bernes
Moron
Teva
Campillo
Villa Martin
Hardales
Malaga
Marbella
Medina Sidonia
Cadiz
Porto Real.
Ronda
Mare Mediterraneum.



PORTUGALIA.

QUam alij Lusitaniã, apellat, etsi neutrã aliã ex integro includat, utramq; tamẽ cum Algarbia, Regib⁹ Portugalliæ, & his extinctis Hispano parens. Regio claro admodum & salubri fruitur aëre, vino, oleo, pomis citreis siveMedicis & Aureis, nec non amygdalis alijsque fructibus locuples, frumento optimo, etsi non tot mortalium frequentiæ alendæ sufficiente sed è Galiis & aliunde importato, instructa, Mavortiis ante omnia Heroibus & animis generosis instructissima, quorum virtute & felicitate, Sexcenta penè Regna Lusitaniæ juncta sunt. Sed & equos dignos Heroibus generosissimos alit, longe lateque expertos. Fluviorum nobilissimis Tago aurifero, Guadiana seu Ana, Mondego, Minio& Durio, & fontium perennium, viginti quinque milibus ac supra irrigatur, provincia amænitate præcipua, & multis naturæ miraculis & gratiis cultissima, præstantissimis olim Regibus parens, donec ijs extinctis, in Philippi Regum maximi concederet potestatem. Vrbes præstantissimas & plurimas habet, quarum omnium metropolis Vlisipona est, non Portugalliæ solum, sed Europæ, Orbisque universi celeberrimis accensenda, Asiæ, Africæ, Americæ, Thesaur⁹ & promptuariũ merito appellanda, Inde Ebora, Bera olim Pax Julia dicta, Setubal, Almada, Cascala, Leira, Tomar, Guarda, Conimbrica, Braga seu Bracara, à Romanis Augusta cognominata, & plurimæ aliæ, splendidè ornatæ, omnibusque necessarijs ootimè instructæ. Vt alia omnia taceamus, quæR.P.Ant. Vasconcellus, aliique fide dignissimi Historici concelebrant. Gesta autemMagni Albuquerquij, Almeidæ Mendocæ aliorumq; Heroum Osorsius, Maffeius & plures alii prolixè posteritati commendant.

PORTUGALLIÆ descriptio.

MALTA,

ALiàs Melita, haud multo procul à Siciliæ Promontorio Pachino sexaginta passuum millibus distans insula, centum triginta passuum millia, tota quanta est complectitur spectanda omnino situ, munitione, fertilitate, & incolarum generositate insula. Ejus Metropolis eodem nomine quo ipsa, Melita, seu vulgo corruptiore nomenclatura Malta est, quam Carthaginenses condidêre, ut Diodorus refert, eadem textura pretiosissimarum vestium imprimis nobilis & celebrata. Ejus fertilitas ab Ovidio 3. Fastorum à fertilitate commendatur: Fertilis est Malite, &c. cæterum antiquitatem ipsa Promontoria duo, in Aquilonē prominentia, decantata priscis declarant, alterum Iunoni, alterum Herculi sacratum, in quibus celeberrima, non incolis solum sed exteris, ipsisque hostibus frequentata fana & Basilicæ, summa in veneratione habita memorantur. Portus securissimos habet, Mercatorum cum Africæ atque Asiæ, dum hostilia non tentarent certissimum asylum, quorum consuetudine magnas sibi opes comparavit. Ipsam appulsu suo, etsi naufragus Doctor Gentium Paulus multo illustriorem reddidit, in cujus gratiam optimum Numen illi terræ singulariter benedixit, & contra venenum potentem voluit. Capta Rhodo S. Ioannis Equitum ordini cessit, qui inde cognominatus est, eamque superiore sæculo cum immortali nominis gloria contra Turcos strenuè propugnavit.

Septentrio
Oriens
Meridies
Occidens
Gozo Insula
Comino
Fons
Salina
Cala di S Paulo
MALTA olim MELITA Insula
Megiarra
MARE MEDITERRANEUM
Castello
Borgo
Azabar
Belmesta
Bobakra
Folsola
Azebuch
Luca
Meleri
Crendi
Filao
Dingle
S Maria de Ge. mona
Sigeo
Rabbato
S Maria della Grotta
Malta Citta
Musta
Attard
Balsal
Benorra
Cala S. Georgi

SICI

SICILIA.

CElebertima Insularum omnium, ut & pulcherrima ac fertilissima, Historicorum, Oratorum, Poetarum laudibus decantatissima, Solino Straboni, Plinio, Diodoro, omnibus visa gratijs plenissima, de qua prædictus Solinus attestari non veretur, quidquid hæc sive Soli, sive hominis ingenij gignat, proxima esse vis, quæ optima judicentur. Sicania olim dicta fuit, Græcis Trinacria; Solis alias Insula appellata. Triangulatis omnino est, à tribus Promontorijs, in quæ sese exporrigit, Lilybæo, Pachyno & Peloro, Trinacria cognominata. Dividitur hodie in tres potissimum partes, Vallem Demonam, Vallem Neeri. Vallem Mazaræ. Prima Romanorum Provincia fuit à M. Catone Nutrix Romani populi appellata. Civitatum præcipuæ Mesina, Catana, Drepanũ, maximaque omnium & sedes Regia Panormus. cuj9 laudes describere etiam procul absenti, semper inanimo fuit, quod nemo exterorum esset, qui semel cognitam, non mirificè adamaret, & liberalissimum incolarum ingenium suspiceret, ac deprædicaret, splendorem miraretur ac majestatem, consedisse illic omnes gratias, non fabula, sed res ipsa est, quia & propitium Numen cum Marte virgine locum peculiarius fovere multis comprobatur indicijs & Argumentis. Ajunt, quæcunque in Sicilia crescunt, duplo semper sapidiora esse, quam quæ alibi laudatissima crescunt. Præ alijs tamen Siciliæ locis Æthnæ atq; Erctæ montium ubertas, ad miraculum commendatur.

SICILIAE
Superficialis adumbratio
MARE TYRRE: NUM
Vulcani Insula
C. di Gallo
Cifalu
Pilaino
Milazze
Golfo di Castel Amar
Carinis
Panormo
Pollana
Val de
Traina
Val de Mona
Taormia
Messina
Siglio
Rezo
S. Vito
C. Amar
Trapano
Leuenzo
Mareta mo
Marsela
Mazara
Mazara
Belius A.
Platina A.
Naro
Petralia
Nicosia
Aetna
Catania
Val de Noto
Gergenti
Geloi Campi
Gela
mons
Ragusa
S. Lucia
Porto Ca-tanensis
Syracusa
C. Massa Oliueria
Motyca
Nota
MARE AFRICUM
Pantallaria

NEAe

NEAPOLITANUM REGNUM.

PRoximum felicitate & fertilitate Siciliæ, sed nec situ remotum. Amplissimum est, & mediam fere partem totius Italiæ occupat. Dividitur hodie in duodecim Nobilissimas provincias. Terram Laboris, Principatum citra, & Principatum ultra, Basilicatam, Calabriam citra, & Calabriam ultra, Territorium Hydruntinum, Terram Bari, Aprutium citra, & Aprutium ultra, Comitatum Molisij, & Capitaneatam. Terram laboris, veteres Campaniam felicem dixerunt, eà sanè felicitate provinciam, ut Certamen Liberi Cererisque diceretur. Regni totius Metropolis Neapolis est, à qua illud cognominatur. Magnifica omnino vt magna & verè Regia. Saluberrimo gaudet aëre, solo fertilissimo, prægnans omnis generis deliciarum, quas felicissima gleba potest parere. Inde Ducum, Principum, Comitum Equitumque adeo plena & conferta est, vt paucissimas orbis terræ Civitates huic exæquari civium Nobilitate posse censeam, ut & palatiorum multitudine, & ædificiorum cum publicorum, tum privatorum splendore. Arces fortissimas habet, Castellum, inprimis novum, fortissimis Europæ propugnaculis meritò adnumerandum. Castellū Capuanum, Castellum ab Ovo cognominatum in scopulo, cinctum mari. Castellum Santemerense in rupe mœnibus urbis imminente. Vt nihil de reliquis Regni tanti miraculis referamus, quæ latè ab alijs describuntur & deprædicantur.

NEAPOLITANI
Regni Compendiosa
Descriptio

MARE TYRRHENVM

MARE ADRIATICVM

MARE IONIVM

SABAVDIA.


CIsalpina provincia, suum magnæ Nobilitatis Ducem & Principē habet, qui & Pedemontanum Principatum obtinet, & Regionem Bressanā, Regio preterea Titulo utitur, jure nimirū in Regnū Cypri. Sed & Sabaudia ipsa olim regnū fuit, è cujus Regibus Cottius, Augusto per quam familiaris, Cottijs alpibus nomen reliquit. Allobroges olim dicti sunt Sabaudi, incertum unde postea, ut hodie, cognominati. Provincia versus Septentrionem contermina Helvetiæ est atque Burgundiæ, versus meridiē Delphinatui, ut & versus Occidentē, versus Orientē Valesiæ & Pedemontio. Salubri utuntur aura Sabaudi, & ab amore ac fide erga suos Principes miré comendantur. Tota ferè Regio mōtana est, Iure cacumina versus Occidentē se produnt, in Veragris Poeninæ alpes, in Salassis Graiæ, in Medullis alpes Cottiæ. Valles campique satis frugiferi sunt, imprimis versus Occidentem, qua parte etiam generosissimum vinū legitur. Fluviorum præcipui sunt, Araris, Isara Daria, Arva & Danius, lacus amplissimi Lemanus, Niciensis & Burgensis. Comitatus varios habet provincia, quos inter præcipui, Genevēsis, Tarentasiensis, Moriennæ, & Susæ Marchionatus. Reliquos omnes notare & describere nimis esset operosum.

SABAVDIAE descriptio

Basilea
Rhenus fluuius
Berna
Sion
Osta
Bourget
NeuCastell
Losanna
S.Mauri:ty
Rijnalle
Bonne
S.Jan de Morienne
Aiguebelle
Geneua
Hippolite
Satines
Bisan:tium
S.Loren
Arbois
Dam fl.
S.Germain
Seyssel
Chamiez
Chamberi
Meridies
Bourg
Cologna
Pont
Rhone fl.
Grenoble
Ysere fluuius
Tournu
Verdun
Sone fluuius
Pontlieu
Lion
Burgundiæ Ducatus
pars
Sone fluuius

HIBERNIA.

NUnc magno saltu Hiberniam petimus, priusquam versus orientem vela solvamus. Hæc Orpheo, Aristoteli & Claudiano Ierna Iuvenali, & Melæ Iuverna, Eustachio Vernia & Bernia dicitur. Humida non solum est mari vndique circumdata, & innumeris pene fluminibus, omnibus rivis & lacubus interstincta, sed pluvioso aëri subjecta, Vnde & terram præpinguem habet, pabulo potius, quam sationi habilem, herbis tamẽ prępinguib9 fęcundissimã, pascuis similiter adeo lætis, vt cum satiari vix possint pecora, nisi maturè abstrahantur post modicũ pastum, rumpi necesse sit. Inde pecudibus ditissima tell⁹, maxime ovibus, quarum lana plurimum commendatur, equorum autem generositas non minus celebratur. Apibus adeoque melle & cerà abundat Insula. Vrbium præcipuæ Dublinum seu Dublinia, Watterfordia, Limmiricum & Corcagia, Cæterum tota Hibernia in quatuor potissimum partes dividitur. Momoniam, Conatiam, Lageniam, & Vltoniã. Archiepiscopos quatuor, Armachiensem Primatem, Dublinensem, Cassiliensem & Toamensem, Episcopos novem supra viginti habet, Comitatus tres & triginta. Virorum illustriũ cum eruditione tum vitæ sanctitate, vix ullum Regnum tantam copiam habuit, inde jure merito **Sancta & Sanctorum Insula** nominata. Proprios Reges olim habuit, & quidem singulos fere Regulos, singulæ provinciarum, hodie Anglis paret, miserrime aliquamdiu jactata, & serviliter habita. DEVS Opt. Max. pro sua benignitate Insulas illas nobilissimas suæ gratiæ sole & rore irrogare, & denuo illustrare dignetur,


HIBERNIAE INSULAE
MIRACULIS Naturalibus
pro digiosæ delineatio.
Occidens.
Meridies.
Oriens.
Septen
trio.
Dorsey.
Calue
Shanin fl.
Arran
Insula.
Dunckeran
Mo
mo
nia
Rosse.
Lym
bricht.
Oldhe
ade
Con
na
cia.
Pontey
Alone.
Dunbro
Ermus lac
Hulto
nia.
Arran
Pur
um
gatori
S. Patri
cij.
Vl
to
nia.
Leygsin
Lage
Malck.
Kildaria.
nia.
Drodag
Walterfort
Waxfort
Dublin.
Armagh.
Fine.
Neu
Castel.
Arglas.
Knork
fergus.
Ila
Insula.
Scotiæ pars.



CANDIA.

NVnc solvendum in Candiam est, utinam subsidio rei Christianæ, contra cummunium hostium immanitatem. Creta olim dicebatur, quæ nunc Candia, forte quod postera ætate creta candidiores mores, quam veteres & Divus Paulus notaverant, incolæ induissent, major Cypro, minor Sicilia atque Sardinia est, quibus solis toto Mediterraneo mari cedit, fertilitate in quibusdam cessura, quibusdam superatura. Centum olim vrbibus claram fuisse memorant hodie tres tantum alicujus nominis habet, quarum Metropolis Candia est, à qua nomen Insulæ, tum Canea & Rhetimum Ambitus Insulæ quingentorum viginti millium Passuum est. Ipsum vix quidquam notiorem facit orbi, quàm pretiosissimum vinum, quod Malvaticum vocant, inde in omnes terræ partes importandum Montosa admodum est regio, omnisq; generis feris & volucribus abundat. Cupressorum totas sylvas alit, aptissimam fabricandis navibus materiam, â qua magna incolis lucra accrevêre. Hodie â Turcis multos jam annos fatigata, premitur, quibus, prodigioso potius conatu, quam humanis viribus soli hucusque resistere Veneti nisi sunt, audiri triumphare. Quorum fortunam Largitor ejusdem Ter Opt. Max. DEVS, feliciorem quotidie spolijs hostium sui nominis reddat & omnimoda interneccione.

CANDIA olim CRETA.

Mare Creticum.

C. Spada.
Retimo
Sabræ
Mosspoli. Canea
Minola.
S. Saluator
S. Nicolo.
Candia
Territorium
Edelo
Phlip: polis.
Candiæ
Melloxo polis.
Episene
S. Isidoro
Citromado.
Cisamopolis.
Leucy montes
Tomasia.
Labyrinthus
Vallis are nosa.
Fonte.
Phalaarna.
Territoriū Caneæ
S. Constantio.
Sueta.
Bonifacio.
Templū Dianæ
Cornico.
Nicono.
Malalia.
Pergame
Girotela
P. Celamo
S. Nicolo.
Pentato olim Poecilasium.
Lubicum mare
Gaiderones.
Gozo. olim Claudia ad quam Diu. Paul. ap:
Maris Mediterranei pars

TERRA SANCTA,
ſive
PALÆSTINA.

A Candia proſpero curſu ad Chriſti in terris colenda veſtigia maturamus, terram verè ſanctam, pedibus hodiæ hoſtium proculcatam. Terram promiſsionis Scriptura appellat, alios Chanaan dictam. Omnibus procul dubio terris, tanquam DEI hominis patriam præferendam. Temperatura aëris ea eſt, qua vix alia provincia toto terrárum orbe, nec rigens frigore, nec calore nimio exæſtuans, inde etiam omnibus non tantum ad vitam neceſſarijs, ſed & delicatis referta, etſi à TurciS minus culta, horreſcere etiã ad illorum ſcelera videatur. Dividitur in quatuor potiſsimum partes: Idumæam, Judæam, Samariã & Galilæam. Idumæa vrbes habet Mareſam, Rhinocoruram, Raphiam, Antedonen, Aſcolum, Aſotum & Gazam. Iudæa, ante alias, totius Palæſtinæ Metropolim, Hieruſalem continet, ac dein Jerichuntem, Joppen nunc Iaffam, Cæſarem, Bethleem, Hebron, Mambre, & Chariatharbe. Samaria à Metropoli ſua cognominatur, quæ hodie Sebaſte dicitur, cujus reliquæ vrbes: Sichem, Capernaum, Neapolis, Bethſaida & Chorozain Galilæa Tyrum habet, Naim, Canam, Nazareth, & Gadaram Fluviorum præcipuus Jordan eſt Montium maximi Thabor & Hermon, nobiliſsimi autem Myſterijs, Calvariæ, Oliveti, & Carmelus. Hanc promiſsionis terram perdidit nihil, niſi diſſenſio Chriſtianorum, quæ usque hodie cauſa eſt mali tanti, ſimulque dedecus æternum eſt nominis Chriſtiani.


Terra Sancta, siue Palæstina.
Berithus
Sidon
Sarepta
Tyrus
Ecdippa
Cana maior
Galilæa.
Ptolomais
Cana minor.
Cæsare Philippi
Mare Syriacum.
Carmelus mons
Sicaminum
Thabor
Regnũ Basan
Cæsarea
Nazareth
Capharnaum
Tiberias
Jordan fluuius
Samaria
Ioppe
Iamnia
Azotus
Iericho
Ierusalem
Ascalon
Moabitis
Madian
Bethlehem
Gaza
Engadie
mare mortuu
Regio
Sin desertum.
Rinacurura
Zared torrens.
Cheman


TVRCIA.

NVnc in Turciam migrandum, utinam Palæstinâ captâ cum Victore exertu Christianorum, tanto post subigendam. Imperium Turcicum amplum omnino est, multoque insignia Regna complectitur & provincias, tam Europæ, quam Asiæ atque Africæ. Certè in Europa exporrigit se ad usq; mare Adriaticum à finibus Epidauri sive Ragusij per mare Ægeum, idque quod Callipoli & Constantinopoli interjacet. cum magna parte maris Euxini ad usque Theodosiam seu Caffam Tartariæ urbem, quod spatium octo millia ferè milliarium complectitur. Sedet in Mediterraneis, â Savarino Vngariæ, Constantinopolim usque, Turcarum ditio, longè lateq; extenditur. In Africa majorem partem littoris, ab oppido Ballis de Gomera, ad usque mare rubrum obtinet: pauculis exceptis, quæ Hispanorum juris sunt, armisq; ægrè defenduntur. Nec minus potens in Asia, in id semper oculos Turca intendit, quomodo denique in tanto Christianorũ odio & dißidio rerum in orbe unus potiatur. Fertilißimas habet provincias, & commerciorum frequentia vrbes opulentas. Cæsarum inter ipsos primus fuit Ottomannus Tartarus, qui modicis initijs in immensum crevit, & mira felicitate Cappadociam, Pontum, Bithyniam, Pamphiliam & Ciliciam sibi subjecit. Ejus filius Orchannes, Mysiam, Lycaoniam, Phrygiam & Cariam adjecit, posteris tantopere rem suam augentibus, vt nisi resipiscant Christiani, & positis odijs, in communem hostẽ arma convertant, paulo post, trahendi in tristißimã servitutẽ videantur. Iustißima omnino Numinis in suos animadversione, qui Græcorum exemplo & damnatione conspecta, minimè sibi consulant, tantoque post expergiscantur,


TVRCI . IMPE
RY ADVMBRATIO
Septentrio.
Danubius fluuius.
Venetiæ
Slauonia
Italia.
Thessalonica
Constantinopel
Ma Maggiore.
Trebisonda
Nicomedia.
Troia.
Georgiani.
Mar de Bachu.
Tartariæ pars.
Tauris.
Alexandria.
Frat. A.
Tigil
N.
PERSIAE. REGNUM.
Candia.
Cyprus
Damascus
Jerusalem.
Tripolis.
Caroberium
Mesurata
Barcha
Alcaium
Africæ pars
Eleor
Sinai mons.
Mare Lerseu
Ormus
Mar di Mecca
Zidan
Conga.
C. Risal
Arabia Felix.
Colbir.
Abis sini.
Zibit.
Adanam.
MARE INDICUM.

GRÆCIA.

EVropæ, etsi remotior, semper accensa, mater Liberalium artium olim fuit; olim Hellas, nunc Romechi appellata: Exporrigitur ab Isthmo in Thessaliam usquè, intercurrente Acheloo Fl. ab Epiro separata. Orientem versus in Ægeum mare, Occidentem, Jonium, meridiem in Lybicum mare fertur, versus Septentrionem, alpibus Thraciæ, Mysniæ, Bosniæ & Dalmatiæ includitur. Liberrima olim provincia, dehincà Persis subacta, postea Romanorum, demum Turcarum facta, paucis exceptis insulis, quæ Venetis parent, Corcyra, Zazyntho, Zephalenia & Candia, quę ultima hodie ab hostibus arctè premitur: Urbium celeberrimæ olim, Athenæ, Lacedæmonia, Delphi, Argos, Corynthus aliæque, nunc ferè omnes umbræ & rudera. Fluviorum præcipui: Strymon, Chabrius, Erigon, Axius, Echedorus, Pharybus, Aliacmon, Lydius, Acheron, Inachus, Acheros. Sperchius, Peneus, Erotas, alijque plurimi; Montes celeberrimi, Ossa, Pelion, Olympus, Athos Helicon, Parnassus, Acroceraunius Purtiscus &c. de quibus innumera Poëtæ veteres finxerunt. Maria plurima habet, quibus cùm infunditur tũ circumfunditur, Jonium inprimis, ab vltimis Italiæ finibus affusum, Creticum à Creta Insula hodie Candia cognominatum, Carpathium, Ægæũ, Turcis mare album dictum, Myrtoum & Icarium. Vt taceam Regni amplissimi cum artis, tum naturæ miracula, supra hæc omnia Athenæ, olim florentissimæ vniversali studio, orbi facem prætulêre, cujus Professores incomparabiles usque hodie, Solon, Socrates, Xenophon, Plato, Isocrates, Demosthenes, Thucydides, alijque penè innumerabiles, nunquã satis laudibus celebrantur


GRAECIA olim Hellas nunc Romechi, Turcis Romechi
Mare Mediterraneū.
Golfo di Venetia.
Corfu.
Cefalonia
Maura
Fons Sacen.
Amydone pars.
Hesp.
Illirici
Antegonia. Polla.
Syrmuntii.
Amphilochia. Ceraca.
Macedonia
Epirus
Pleuron.
GRAECIA.
Europus.
Daciæ pars.
Delphi.
Tripolis. Veria.
Salonichi.
Messenæ.
Megalopolis.
Daphne.
Amphipolis.
Mare Mediterraneum.
Vera.
Messa
Methone.
Peloponesg.
Traciæ pars
Athenæ.
Sicion
Mare Aegæum.
Mare de Candia.
Cithera.
Negroponte. Stalimne.
Abdero.

NATOLIA.

OLim Asia Minor dicta, à nonnullis etiam Anotolia appellatur. Comprehendit autem omnem Asiæ Regionem ultra Propontidem & Hellespontum, (cui Ottomannorum præest prosapia) sitam, Phrygiam nimirum universam, Galatiam, Bithyniam, Pontum, Lydiam, Gariam, Paphlagoniam, Lyciã, Magnesiam, Cappadociã, & Comagenã, Asiã præterea, hoc speciali nomine provincia, Ciliciam, & minorem Armeniã. Fluvios plerosque auriferos habet, abundatque frumento, vino, oleo, omnis generis fructibus, sed & pascuis pinguissimis, armentis, & feris silvestribus, ut & piscibus, hâc una re infelix, quæ infelicissim creditur, tristissima servitute, portentosissimis pridem præostensa, cum sæpius plurimæ & amplissimæ urbes terræmotibus sub verterentur, repente hiatu absorberentur, quibus malis neque hodie quidem satis libera est, ut taceam, quæ à Tyrannorum maximo patitur. Urbium veterum nomina omnia recensere nimis longum foret, è quibus præ cæteris Chalcedon, Nicodema, Cerasum, Prusa, Nicæa, Heraclea, Midaium, Apamæa, Synnada, Iliũ, Troja illa famosissima, multis usque hodie signis & monimentis extantibus. Pergamus, Lampsacum, Miletus, Magnesia, Ionia, Ephesus, Myrina, Cuma, Halicarnassus, Ancyra, Synope, Trapezus, Amasiã, Iconia, Maza, Patara, Telmassus, Heraclea, Adena, ut penè innumeras alias taceamus.


NATOLIA
Septentrio
Roma:nia
Constan:tinopolis
Scutari
Isnich
Bursa
Dardanello
Troia
Smirna
Metelin
Castromena
Castamoni
Congi
Angori
Chian:gare
Bardachi
Chiu:taie
Germian
Malabanda
Melaxo
Macri
Satalia
Caramania
Taurus mons
Nissara
Anadole
Pegian
Trypolis
Caisaria
Assan
Bozoch
Maraz
Soldino
Syriæ
Seleucia
Cyprus
Rhodus
Longo
Candia
ARCHI:PELA:GVS
Euphrates fluuius

PER.

PERSIA.

Ampliſſimum omnino & potentiſsimum Imperium ſeu Regnum, & olim & hodie inter præcipua Orbis, habitum, qua Orientem reſpicit, Indis, & Regno Canbajæ, qua Septentrionem Tartariæ, qua Occidentem Turciæ, conterminum, qua Meridiem denique Indico Perſicoq; mari circumfuſum. Temperatiſſimum omnium Aſiæ Provinciarum aërem habet, abundatque vino, frumento omniſq; generis fructibus, magnis nihilominus ſolitudinibus horridum, ſed qua montoſum, metallis gemmisque opulentum. Dividitur autem totum hoc Imperium in Mediam, Aſſyriam, Suſianam Meſopotomiam, Perſidem, Parthiam, Hyrcaniam, Margianã, Paropamiſſum, Ariam, Drangianam, Gedroſiam, Carmaniam, Narſingam, aliasque minores his provincias. Fluviorum præcipui, in Media quidem Canas, Araxes, & Cyrus ; In Aſſyria Tygris, in Meſopotamia Euphrates in Margiana Oxus, Arius & Margis, in Bactriana Ochus, &c. Montium celeberrimi Taurus inprimiseſt, longo terrarum tractu, Perſiæ Provincias ſejungens, Coronus dein in Hyrcania, & Orontes in Media. Regnorum olim Metropolis erat Babylonia, miraculum quaſi Orbis habita, & miraculis artis plena, quæ inter Semiramidis Reginæ pons fuit Euphrati impoſitus, & ædificia Regia quamplurima, Suſæ arcem Regiam. Regum Medorum ſedem, Caſſiodorus inter ſeptem orbis miracula computat. Moribus Perſæ à Turcis diverſiſſimis ſunt hoſpitales, curiales, cultores liberalium artium, Aſtrologiæ cumprimis, Medicinæ & Poëſeos, magnique faciunt generis Nobilitatem.



Moscouia
Ponti Euxi: ni pars
Giocho lac.
Mare Caspium
Chesel A. siue Iaxartes
Samarchant
TARTARIAE PARS
Tagatnistan
Argis lac.
Tauris
Gilan
Jes elbas
Deristan
Babe camber lac.
Abiamu A. alias Oxus
Charassan
MEDIA
SERVAN
Burgian
Oriens
Occidens
Mosul
Tigris fluuius
Teste
Turbet
Trifful
Sabels Tan
Babilon
Sus
Taurus mons
Euphrates A.
Siras
Naugracort mons
Tercelai
FARSI SIVE PERSIA
Bardi
Guadel
Circam
Gest
Bagian
Guza
Indus fluuius
Arabia
Caloma te
rate
Ardouat
Felix
Ormus
Diul
PERSARUM Regni descriptio

CHINA.

IMperium, potius, quam Regnum Chinæ est, adeo amplum simulque potens ac magnificum celebratur. Adjacet Eoo Oceano versus Orientem, versus meridiem Cauchinchinæ, versus Occidentem Brachmanæ, versus Septentrionem Tartariæ, à qua cum montibus, tum muro quingentorum milliarum longitudine disjungitur. Aura mediocriter se habet inter callidum frigidumque, inde tellus cum natura fœcunda, tum industria hominum egregie excolitur, ita ut multis locis quater in anno seminare incolæ consueverint. Frequentia populi ingens est, ita ut non terram solū occupent, sed vitam in aquis & navibus seu dominibus exigant. Laboribus assuetissimi omnes, otium ut pestem fugiunt. Vitia accerrimè detestantur, latrocinia & furta longissimis supplicijs & crudelissimis plerique in carcere moriantur. Nullus angulus terræ incultus est, hortorum mira elegantia & florum fragantia. Fructuum omnis generis magna copia. Omnibus artibus sese industriè exercent, & pro eruditione quisque sua annis singulis ad honores, post rigidum examen promoventur, in Architectura, multisque alijs Europæos longè præcellere videntur. Tota Regio uni tanquam Monarchæ paret, & is mundi Dominus, Cæli filius apellatur. Vrbs Regia Paquin est, in qua Palatium molè longè amplissimum, structura mirificum, in quo Rex jugiter degit, neque inde nisi tempore belli exit. In hoc trecenta plerumque peditum milia, ducenta equitum educit. Sed de Regno Chinæ multa Hispani scriptores, & R. P. Trigautius testis oculatus, qui videatur.

CHINAE
Compendiosa descriptio

Occidens
Oriens
Septentrio
Maureinaier
TARTARIAE PARS
Malaca
Pegu
Bengala
Aratao
Bengala
Bramas
Chiampa
Suinam
Cocin chino
Quicheo
Quanci
Quantono
Borneo
Chinceo
Palianfu
Contifu
Fuquan
Mianu
Hona
Foquien
Chiquian
Achiou
Cuba
Mindano
Sanci
Xiamxy
Sichio
Quincy
Paquin
Pautim
Nanquy
Sandon
Xanton
Colican
Meacum
Iapon

QVam Mercator Auream Cherſoneſum, Maginus Chryſen, Marcus Paulus Zipangriam appellat. Magnum & hoc, quamvis multis partibus, Chineuſi minus Regnum eſt, quod in tres ſupra quinquaginta ſatrapias, ſive Regna ſubdividitur Longitudo univerſa ducentas leucas excurrit, latitudo ad 30. ſummium viginti & minium decem. Aut à ſalubri fruitur, rigidiore tamen], inde minus quoque terra frugifera eſt, ſed viris robuſtiſsimis cultiſsimum. Auro ſupra modum eſt dives, ſic vt palatium Regium, uti magnatum apud nos ædes, cupro, ita id auro tegeretur, Marco Paulo atteſtante, Potentiſsimus omninò eſt, qui tot Regibus imperat, & ſumma apud omnes auctoritate. Metropolis Meacum eſt, in quo ſedes Monarchæ, qui noſtra ætate Taicoſama appellabatur. Poſt Meacum Oſſacaia eſt, quam nonnulli totius Crientis opulentiſsimam arbitrantur, Mercatorum plenitiſsima, quorum pauperrimus triginta coronatorum millibus, paupertatem ſolatur. Indè Bungum, ſitu pulcherrima civitas, & frequens Chriſtianis, Coja Bonſio cuidam ſacra, ſumma veneratione colitur, eliguntque ea in urbe etiam remotiſsimo loco Principes ſuam ſepulturam. Tum Fiongo, Amangaſaqui, Voſuquin, Funnium, Toſa, & aliæ plurimæ. Flammi vomũ montem habent, in cujus calumine cacodæmon ſæpius in nube cõſpici dicitur. Palatia paſsim cultisima, & mole & ſũptu nitent, privatæ tamen ædes ex ligno plæreq; propter terræmotus frequẽtiores, elegantiſsimè tamẽ]ſtructæ, multæ etiã in infima contignatione ſurgunt ex lapide, habentur ſuma mũdicie, ita ut neq; anſere, neq, gallin. ſeu aliud quidpiam, unde fœtor cauſari poſſit admittant, ſed ea in campis concluſa alant, indè ad uſum perenda. Divites ſplendidè vivunt, valent judicio & memoria, à bonis moribus commendantur.


MARE IAPONICVM
Chi:narum Regni pars
Insulæ Corai pars
Vuoque
Bacasa
Sando
Noordhoek
Sisime
Schy.
Naby
C. Go:cree
Gissima
Toy
Jedo
Meacum
Walvisbocht
Simonosaiki
Tamira
Wesshomade
Mugro
Fusamai yot
Sacky
Isobe
Rosima
Iteo
Jograwo
C. Camano
Bosho
Insula de Ladrones
I. Firando
Goto
Tokoesi
Zikoko
Aiama
OCEANVS . CHI:NENSIS
IAPO:NIAE Descrip:tio

INDIA ORIENTALIS.

AMpliſsima ſimulq; nobiliſsima pars Aſiæ ab Indo Fluvio cognominatur , qui ipſam à Perſia ſejungit. Ejus exporrectio littoris à Pomponio ſic menſuratur, ut plenis velis dies noctesq; ſexaginta cõtinuo curſu navis, vix ullã exæquet, & terminũ, *ad quem* aſſequatur. Creditur omnes orbis provincias bonitate ſoli ſuperare, binis quovis anno æſtatibus bis fructus colligit. Abundat omnis generis aromatibus, argento, auro, gẽmis. Omnia illius animantia magnitudine noſtra longè ſuperant. Canes nec à ferociſsimis quidẽ leonibus expaveſcunt. Avium mira copia, ut & piſcium, quorũ caro mirificè commendatur. Metropolis Indiarum haud immeritò Calecutium celebratur Indiarum facilè Princeps, indè Cambaja, Cananer , Barticalla & aliæ plurimæ cùm à ſplendore, tum opibus & mercatu deprædicantur. Inter fluvios Indus & Ganges Principatum obtinent. De Indo memorant Magnum Alexandrum nunquam minus una die ſexcentis ſtadijs emenſum navigando , & tamẽ ante quintum menſem fluminis originem non pertigiſſe. Ganges in ſcriptura Divina Phiſon appellatur, diciturq; ejus origo incomperta, & nunquam minus octo paſſuũ millibus latus , mediocri latitudine centum ſtadiorum, & quo loco minimè profundus ſit paſſuũ viginti profunditate. Montium Rex Caucaſus eſt, indè mole proximi, Imæus , Emodus, & Paropamiſſus. DEVS Opt. Max. in omni latitudine, longitudine, amplitudine, profunditate terrarum & marium, in omni momento Cælo terræq; ſit in æternum Benedictus, Amen.

Laudate eum ſecundùm multitudinum Magnitudinis ejus, Pſalm. 148.


INDIA ORIENTALIS
Diul
Indus fluuius
Indostan
Goa
Bisnagar
Calecut
Occidens
C. Comori
Zeilan
Gelfeten
CHINA
Quinzai
Pazanfu
Liampo
Chiamai lacus
Toleman
Cantan
Choi
PE GV
Cam paa
Malaca
Sommatra
Orientalis Oceanus
Meridies
Iaua Maior
Borneo
Palohan
Macace
Tidore
Celebes
Gilolo
Mindanao
Cailon
Philippinæ
Septentrio
Iaponia
Americæ pars
Hermanos
Malabrigo
Bolcane
Farfani
Iardines
Corales
Noua Guinea

